DE VITIS PHILOLOGORVM NOSTRA AETATE CLARISSIMORVM

VOLVMEN TERTIVM

AVCTORE

THEOPH. CHRISTOPH. HARLESIO
CVLMBACENSI.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

BREMAE
IMPENSIS GEORG. LVDOVICI FOERSTERI
CIƆ IƆCCLXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS

PERILLVSTRIBVS GENEROSISSIMIS

MAGNIFICO ET SVMME REVERENDO

ILLVSTRIBVS IVRECONSVLTISSIMIS

AMPLISSIMIS PRAENOBILISSIMO

PROTOSCHOLARCHAE

ET

RELIQVIS SCHOLARCHIS

GYMNASII ACADEMICI CASIMIRIANI

DE PRINCIPATV COBVRGENSI DE CIVITATE

DE RE LITTERARIA ET DE GYMNASIO NOSTRO

IMMORTALITER MERITIS

FAVTORIBVS ET PATRONIS SVIS

OMNI PIETATIS CVLTV

PROSEQVENDIS

HOC VOLVMEN TERTIVM

DEDICAT

IDEMQVE

GRATI PIIQVE ANIMI PIGNVS

ET PERENE MONIMENTVM

ESSE CVPIT

THEOPHIL. CHRISTOPH. HARLES.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

De inſtituto noſtro iam bis quia ſatis dixiſſe nobis videmur: de hoc tantum volumine monenda quaedam eſſe cenſuimus. In eo igitur diligenter verſati ſumus, vt, quoniam viris doctis probari vidimus, minora ſcripta illius, cuius vitam enarrauimus, ſollerter colligeremus atque indicaremus, et quoniam haec propter varias easque notas cauſſas in omnium manibus eſſe non poſſunt, ſi poteſtas data fuit, notatu digniora ſummamue exceperemus, vt noſtro opuſculo, quamquam negotium fuit moleſtum nec raro iniucundum, hoc modo duplex dos pararetur. Ad inuidiam vero depellendam, qui nihil odio, nihil amicitiae, nihil vanae ambitione dediſſe, ſancte teſtamur, vna eadem-

que excuſatione ſaepius vſi ſumus, ne lectores, quoniam multi forte ſunt, qui modo hanc modo illam legant vitam, noſtram ſentiendi libertatem ſiniſtre interpretarentur. Iam, vt lectores de fide noſtra verique amore, quo quam maxime delectamur, ab omni humili ſordidaque adulatione, aeque ac proterua aliorum famam lacerandi libidine, vt Germanum decet, valde abhorrentes, ne dubitarent, quando potuit fieri, aut liber ipſe ad manus non fuit, aliorum iudicia verbaque, quam noſtra proponere, ac ne illa truncare videremur, vel eadem verba et dictiones, quas licet iniquo loco poſitas aut ſuperfluas arbitraremur, retinere quam omittere maluimus. Huic praeter ea volumini ſupplementa ad duo priora adiecimus, prouti certi quid comperire et tradere potuimus: quae deſunt, in ſequenti parte commemorabimus.

In vita Windheimii ſcripſimus, eum forte ſcholis *Tieffenbachii* debere, quae de

de ו conuerſiuo Futuri, contracto ex Vau ſimpliciter copulatiuo et verbo ſubſtantiuo היה commentatus, tamquam nouam opinionem propoſuit. Sed enim in nomine errauimus, quod poſtea cognouimus ex cl. *Simonis introductione in linguam hebraicam* (Halae a. CIↃ IↃCC LIII. pag. 220), cuius ipſius verba excitare iuuat. "Hanc ſententiam (de ו conuerſiuo) quoque, ait, tuetur cel. C. E. a *Windheim* in diſſ. *de Vau conuerſiuo*, neque tamen mentione facta, alios iam antea ſic ſtatuiſſe, id quod aegre tulit cl. C. F. *Tieſſenſee* in relationibus Hamburg. litterariis a. 1747. pag. 76., ipſe illius ſententiae primus auctor ſibi viſus, quam tamen H. *Scholzius* in animaduerſionibus de Aoriſtorum Graecorum natura, quae 1735. primum in lucem prodierunt, iam antea adornauit." Vel ex his diuinare poſſumus, quinam animus fuerit Windheimio.

Denique in prioribus voluminibus, quod quidem valde dolemus, haud exiguus operarum errorum, ab inſcitia typothetae profectorum maioris minorisque momen-

ti

ti, non ſublatus eſt, eosque in praeſenti corregeremus, niſi aliis diſtrictus eſſemus impedimentis. Atque, in priori volumine qui commiſſi ſunt, vt in altera editione, quae propediem prelum exercebit, tollantur, ſtudioſe curabimus; potiores autem, qui alterum dehoneſtant volumen, in quarta parte indicabimus. Neminem vero, peiorem eſſe correctorem errorum (quamquam his tollendis praeeſſe non poſſum) quam qui ipſe librum confecerit, experientia quemlibet docebit, et viri ſummi, quorum magnam cateruam *Io. Schulzius in florum ſparſione ad loca quaedam in re litteraria controuerſa*, (Francf. a. 1707.) produxit, de ſe id iam diu ſunt teſtati. Tu igitur, L. B. qui aequus et prudens es, his erratis ignoſces, noſtrisque fauere perges conaminibus. Vale. Scribeb. Coburgi ipſis Idibus Septembr. a. CIƆ IƆCC LXVII.

M. THEOPH. CHRISTOPH. HARLES,
Eloquentiae et Graecae linguae P. P. O. Alumnorum Ducalium Inſpector et bibliothecae Gymnaſii noſtri academici Praefectus.

IOAN-

IOANNES HENRICVS LEDERLIN,

Linguarum hebraeae et graecae in Argentoratenſi Academia Profeſſor publicus ordinarius, ordinis Philoſophorum Senior et capituli Thomani Decanus, atque in vtroque Gymnaſio Gymnaſiarcha. (*)

L*ederlini* vitam dum enarrabimus, ad memoriam noſtri, videbimus, quam maxime longam efficiendam, neque diuitiarum et formae gloriam, quae fluxa et fragilis eſt, neque imaginum fumoſarum multitudinem, quam fortunae et natiuitati tantum debemus, omnino neceſſariam eſſe; ſed virtutem et ſapientiam, quae clarae aeternaeque habentur, immortalitatis eſſe fabricatrices. Hae ſolae nobilitant eximunt-

(*) Vſi ſumus in perſequenda huius vita proluſione Academiae Argentoratenſis, qua Ciues ad funus Lederlini inuitabat, et quam praeter multa alia ornamenta, eximiae liberalitati celeb. *Stoeberi* debemus.

ſuntque nos grege illorum, qui aut more pecorum in diem viuunt, ventrique obediunt; aut, dum vitam ſilentio tranſeunt, tanquam fungi naſcuntur et occidunt. *Lederlinus* autem neque a generis ſplendore, pater enim *Ioannes Georgius* ſartor fuit, et ciuis Argentinenſis, neque ab auri argentique abundantia, parentibus praeter nominis honeſtatem nihil relinquentibus, vllum praeſidium ad maiora conanda expectare potuit. Atqui a primo paene die natali, qui fuit dies XVIII. menſ. Iul. ſtili veteris Ao. MDCLXXII. opificio patris fuit deſtinatus. At enim, vti in arboribus nobilibus ſemina iam iacent, quae pullulent, nec in aliud genus degenerent, ita ingeniis excelſioribus, quae Deus reipublicae aliquando vtilia proponit, ea iam inſita eſſe videntur, quae poſtea nullis impedimentis neque retardentur neque exſtirpentur, id quod in noſtro factum eſſe facile intelligemus. Moderante enim numine diuino, et ſuadente *Ioanne Leonhardo Froereiſenio*, Conſulari, Tredecimviro et Scholarcha factum eſt, vt totum ſe litteris conſecraret, in numerum ciuium Gymnaſii menſe Octobri MDCLXXXIII. receptus. Atque ei hoc adcidit ſingulare, vt iam adultior et omnium litterarum rudis, ab alio iuniore prima diſceret elementa; tantosque ſubito in ſtudiis litterarum faceret progreſſus, vt hunc ipſum in legendo Magiſtrum haud multo poſt in graecis et latinis haberet

beret diſcipulum, vt Wetſtenius in praefatione ſua ad Pollucem memoriae prodidit.

Froereiſenius autem eum non ſolum conſiliis adiuuit, ſed ſuis quoque ſumtibus ſuſtentauit. Quare huius optimi patroni mors, qua a. MDCXC. exſtinguebatur, animum metu, ne conſilium abiicere cogeretur, valde agitaſſet, niſi antea, a. MDCLXXXVIII. m. Oct. Alumnis collegii Wilhelmitani adſcriptus publicae liberalitatis accepiſſet beneficia, quibus ad ſtudia litterarum colenda magis magisque incitaretur. Eodem anno, quo Froereiſenius diem obiit ſupremum, Gymnaſio, in cuius claſſibus ſingulis publice ornatus erat diligentiae praemiis, laude mactatus die XIX. Mart. vale dixit, admiſſus inde ad lectiones in Academia publicas, dieque XI. Maii prima redimitus ſtudiorum laurea; quo facto litteris, quae ab humanitate nomen habent, et ſtudio philoſophiae plane ſe dedidit, vſus praeceptoribus, optimis in illa Academia tum temporis doctoribus, in Rhetoricis quidem profeſſore *Artopaeo*, in logicis *Wagnero*; in mathematicis *Reichelto*; in phyſicis doctore *Sebizio*: in doctrina morum D. *Zentgravio*, quo moderante et partem poſteriorem diſputationis *de iure affectuum* A. MDCXCII. die III. Mart. defendit, et paullo poſt die XXIV. April. eiusdem Anni, ſecunda Philoſophiae laurea magiſtrique honoribus inſi-

gnitus eſt. Inprimis coluit et amauit *Kuhnium*, hominem varia et adcurata eruditione adhuc celebrem, eiusque diſciplinae ſe totum tradidit, et, litteras ſiue graecas, ſiue Orientis doceret, ſedulus ſemper adfuit auditor. Atque quamquam omnem operam in ſacrarum litterarum cognitione ponere primum ſecum conſtituerat, eamque ob cauſſam et litteris orientalibus et perdiſcendae ſacrae doctrinae pariter atque cognoſcendis Eccleſiae fatis in ſcholis *D. Iſaaci Fauſtii* multum tribuerat temporis, obortis tamen impedimentis, rationibus ductus grauioribus, quum praecipue lectio veterum auctorum animum magis magisque paſceret, omnem poſtea curam atque operam contulit ad litteras elegantiores, ab oreque *Kuhnii* ſui ad vltimum huius vitae halitum pependit. Atque tanta cum diligentia litteris vacauit, vt non more plurimorum ad multum diem in vtramque aurem dormiret et ſterteret, ſed praelucente aurora muſis litare inciperet, illis Homeri (Iliad. 3. verſ. XXIV.) verbis aureis, paululum mutatis obtemperans:

'Ου χρὴ παινύχιον Μυσῶν θεράποντα καθεύδειν
'Ωι βίβλοι τ' ἐπιτετράφαται σοφίη τε μέμηλε.

quae poſtea, quando Homerum interpretatus eſt, auditoribus quam maxime inculcauit.

Hac

Hac ſua diligentia vitaeque integritate effecit, vt rebus ipſius anguſtis a viris munificis conſuleretur. Adcidit enim, vt D. *Ioannes Boeclerus* Medicinae Profeſſor publicus eum A. MDCXCVI. regundis moribus et ſtudiis filii ſui, *Ioannis*, tunc temporis in addiſcendis litteris elegantioribus verſati, poſtea vero ſpartam Doctoris et Profeſſoris Phyſices in Academia patria ornantis praeficeret, et permittentibus Collegii Wilhelmitani ephoris hoſpitio exciperet. Quo ille inſigni beneficio mactatus, cum magnum ſubleuamentum in litteris vlterius colendis ſenſit, tum maxime commendatione *Boecleri* adiutus, *Vlrico Obrechtio*, Praetori regio apud Argentoratenſes, viro erudito et litterarum ſtatori innotuit, in cuius beneuolentiam ita mox inſinuauit, vt in ſocietatem laborum ipſius reciperetur. Atque Obrechtio, viro in aeſtimandis litteris et ingeniis ſagaciſſimo, ſtimulante, et facultate ab ordine Philoſophorum impetrata, aperuit ſcholas et graecas et hebraicas.

Quamquam vero ab A. MDCXCV. munere Vicarii in Gymnaſio ſuperiori fungeretur, hoc tamen officio, ſuadente Boeclero, et liberaliter inuitante Obrechtio, qui tum legatum regium Francofurthi ad Moenum egit, nouamque meditatus eſt operum Iamblichii editionem, in eaque adornanda Lederlini ſui opera vti con-

ſtituerat, ſe abdicans, iter anno primo huius ſeculi Francofurthum adgreſſus eſt, benigna illuſtris Ottoniani ſtipendii praefectorum liberalitate ſuſtentatus. Quum vero illam editionem Typographorum filii morarentur, vti in proluſione academica ſcribitur, vel potius cum obſervationes Lederlini, cuius ipſius verba, catalogo librorum infra exhibito excitabimus, ad vmbilicum perductae, *Thomae Gale* transmitterentur, et eodem tempore Henricus *Wetſtenius*, bibliopola Amſtelaedamenſis, laboraret de viro graece docto, cuius ope in edendo Polluce vti poſſet (*), Obrechtius huic laudauit et commendauit doctrinam ac dexteritatem Lederlini.

Comitante igitur Wetſtenio primum venit Vltraiectum ad *Graeuium* ſplendidum illud litterarum ſidus, a quo et humaniſſime exceptus et diligentia atque eruditione iuuenis penitius cognita, valde amatus eſt, ita, vt eum ad obtinendam Profeſſoris linguarum in Academia Argentinenſi prouinciam mire commendaret. Suadente autem et confirmante *Obrechtio* ſuſcepit editionem Pollucis, Kuhnianis aliorumque notis adornandam. Illud autem temporis, quod ſupererat a Polluce emendando et explicando,

(*) Vide praefationem Wetſtenii ad Pollucis Onomaſticon, Amſtelaed. MDCCVI.

cando, et ad maiores ſibi profectus in litteris orientalibus parandos, tribuit ſcholis hebraicis Surenhuyſii; praeterea per omne id tempus, quod egit inter Batauos, vſus eſt inſtitutione Rabini cuiusdam docti et medici doctoris Iudaei, *Iacobi Meze* in litteris hebraicis, rabinicis, chaldaicis et ſyriacis.

Neque minus aliorum Batauorum, orbem fama eruditionis colluſtrantium, ambire amicitiam, ex eorumque vſu litteras ſuas ornare atque amplificare ſtuduit, perluſtratis Batauorum Academiis; inter quos praecipue laudauit *Ianum Brouckhuyſium*, *Iacobum Triglandium*, *Iacobum Gronouium*, *Iacob. Perizonium*, *Io. Th. Schalbruchium*, *Io. Clericum*, *Philippum a Limborch*, *Io. Brantium*, *Iac. de Wilde.* In his iucundis occupationibus verſanti, contigit, vt munus Paedagogi in patrio collegio Wilhelmitano ab ephoris abſenti offerretur, ad quod capeſſendum quamuis a Polluce ſuo aegre diſcederet, dum ſe adcinxit, aliae ſuperuenerunt ex patria litterae, in quibus electio et vocatio ad Canonicatum Thomanum ſignificabantur. His acceptis vltimo Decembris MDCCII. fauſto quaſi omine meliora praeſagiente, Amſtelaedamum reliquit, perque Bruxellas Lutetiam Pariſiorum profectus, ibique per aliquot Hebdomadas commoratus, vt bibliothecas, quibus regia haec vrbs ſuperbit, perluſtraret, die III.

Martii A. MDCCIII. patriae ſaluus ſoſpesque redditus eſt. Vix lares reuiſerat, quum a Senatu academico die VII. eiusdem menſis oratione ſollemni, *de mutuis hebraeae graecaeque linguae ſubſidiis*, eſt auſpicatus.

Ab eo tempore patriae et iuuenum litterarum cupidorum ſtudiis ſe totum conſecrauit, atque auditoribus, in lectionibus tam publicis quam priuatis, impigro ſtudio viaque facili ſolidaque interpretando monimenta antiquitatis diuina, Homerum, Heſiodum, Ariſtophanem, Hippocratem, Theognidem, Herodianum alios-que, inprimis vtrumque codicem ſacrum, et quosdam eccleſiaſticos ſcriptores, fidum ſe praebuit ducem et doctorem. Copiam eruditionis frugali quadam mediocritate temperauit. In ipſa autem rerum ieiunitate fuit concinnus, nihil auferens praeter facilitatem et aequabilitatem et ordinem. Vno tenore, vt aiunt, fluxit oratio, quam ornamentis ſententiarum et ſelectiſſimis obſeruationibus ad ſummam auditorum vltra plebiculam ſapientium voluptatem diſtinxerat; qua quidem arte animos auditorum tractare, omnique modo ad id quod voluit permouere potuit; quin vanitate atque inanitate verborum aut inurbanis iocis, aut obtrectatione alienae ſcientiae vitio multis doctoribus Academicis communi plauſum ciuium immodice aucuparetur. Quo quis cupidior erat litte-

litterarum, eo ipſi iucundior fuit, nec, more quorundam triſtium et moleſtorum hominum theſauros reconditae multisque vigiliis ſibi partae eruditionis in ampliſſimo litterarum philologicarum campo abdidit atque occultauit. Nec lucri adpetens litteras docuit, maximeque alienus ab eo abiecto humilique doctorum quorundam genere fuit, qui, more coactorum, ſeueri et acres ſunt in exigendo, quod vocatur, honorario, nec vlli vel pauperrimo honeſteque petenti, quamquam magnam ſpem ſui faciat, id remittunt. Hac enim mentis duritie ſordidaque auaritia obſcurant ſplendorem et ſuae famae atque ingenii et litterarum, quas docent, multosque egregios iuuenes retinent, quo minus ipſorum egregia alioqui doctrina fruantur. Diuinior autem (bene faciendo enim quam proxime adcedimus ad diuinitatem) et liberalior mens fuit in *Lederlino*; qui non ſolum a pauperibus non exegit pauculos illos nummos, ſed eorum etiam egeſtatem quouis modo ſubleuauit. Quam diligens fuerit in obeundo munere, etiam ex eo patet, quod haud raro vel vnico auditori ſcholas publicas pari diligentia et induſtria et dexteritate habuit, ac ſi magna ſeptus fuiſſet corona, opimasque inde accepiſſet conditiones. Tempori et conſuetudini callide cedens, voluntati auditorum, quantum fieri poterat, commodauit operam; hinc etiam *Schikardi* grammaticam hebraeam, non

nullis deſiderantibus, cum Danziana Ao. demum MDCCXXXIII. mutauit, et, id quod ex certiſſimo quodam homine, digniſſimo alumno et quaſi herede diſciplinae Lederlinianae accepi, tanta cum ſolertia et peritia poſteriorem explicauit, vt ne *Danzius* quidem melius potuerit.

Non fuit diſſimulator, non iactator ſuarum opinionum; nec pertinax in defendendis, quae de litteris propoſuerat, iudiciis, quamquam, quis vero liber eſt ab omni humanitatis infirmitate? ſuis nouis inuentis aliquando elatus ſpiritus interdum ſibi ſumſit, ſatis indicans, ſuae ſe infinitae eruditionis eſſe conſcium. At vero quantum eſt, quod neſcimus, etiamſi omnes ſapientiae fontes exhauſiſſe nobis videamur? Illa tamen infirmitas in Lederlino, quod neminem ſpreuit, nec cum vllo quopiam, quantum comperimus, controuerſias habuit, aut ab alio laceſſitus fuit, conuitiisue laceratus, adhuc fuit tolerabilis.

Neque vero puduit eum, licet magna floreret autoritate, litterasque chaldaicas, ſyriacas et rabinicas bene calleret et perite doceret, vltra quadrageſimum annum natum, linguam Arabicam diſcere, imitatum fere Catonem, qui licet noſtro Senior, ſero arripuerat litteras graecas. Hic vero eas imprudenti quodam odio, et praeoccupatis iniquis opinionibus prae-

praefaſcinatus neglexerat; noſter autem et occaſione et tempore ab illa Arabica lingua diſcenda fuit excluſus. Quum autem ſiti litterarum flagraret, nec quidquam omitteret, quod ad eam alendam extinguendamue faceret, optima occaſione, ſibi A. MDCCXVII. oblata, vſus, dum iuuenem quendam in variis cum primis Arabica lingua verſatiſſimum, *Carolum Dadichi*, patria Antiochenum, religione chriſtianum, ſecta graecum per octo menſes hoſpitio et victu exceperat, ab hoc nonſolum elementa huius linguae didicit, ſed etiam tam celeres breui tempore fecit progreſſus, vt ſub iuuenis auſpiciis integrum Coranum in linguam transferret latinam, omnibus ſimul vocabulis Arabicis cum eorundem verſione latina et grammatica analyſi chartae mandatis, ſed et ipſe poſtea latinitate donaret manu ſcriptum, quem bibliotheca ſeruat Argentina, codicem quatuor religionis Eslam fundamenta exponentem, cuius auctor eſt Ahmades, filius Mohammadis, filii Saidi Gaznauenſis.

Ab omni igitur ſordido lucro alienus, parcus fuit erga ſe ſuosque, liberalis vero erga alios, eos praecipue, quorum diligentia indefeſſa et mores probati fuerunt. Sibi ipſe fuit difficilis, erga alios vero comis; dulcis amicus, quin muneris grauitatem et auctoritatem cenſoris et doctoris laederet. In omni ſua vita fuit

fuit ſimplex, haud fucatus, vir bonus atque honeſtus, pius et religioſus erga Deum. Quam autem cautus fuit et modeſtus in interpretandis et corrigendis humanis ſcriptis; tam prudens et ſobrius in explicando ſacro codice, de cuius diuina origine certus, ſuos auditores ad piam ſanctamque eius venerationem impulit, quam longiſſime abhorrens a proterua quorundam libidine, qui ſanctum librum pro lubitu mutant; in ſuo, paucis vt dicam, litterarum genere fuit perfecte doctus.

Singula munia, quibus functus eſt, cum tanta et tam indefeſſa fide candidaque prudentia adminiſtrauit, vt fortunatus exitus conſiliis reſponderet, non magis prudentia quam felicitate adiutus. Hinc factum eſt, vt ſuperiorum fauorem, collegarum amorem, et optimi cuiusque gratiam facillime conſequeretur. Atque quamuis in corpore vix medioeris ſtatura eſſet, is tamen vultus fuit, qui primo ſtatim adſpectu amorem, beneuolentiam atque dignitatem ipſi conciliaret. Summa floruit autoritate in negotiis exſequendis, vt, quidquid diceret, valeret; qua in re pertinax fuit. Nam quicquid conſiderate ſuſcepit, illud perficiendum curauit, atque, cum nihil temere ageret, vti omnes, qui prudenter et lente feſtinant, facere ſolent, a conſilio difficulter potuit auelli.

Varia

Varia autem et grauia geſſit munera. Summa imperii Academici ter penes eum fuit, et duo decies ordinis Philoſophorum moderator, vel, vti loqui ſolent, Decanus. Ter in ſollemni Panegyri quindecim Magiſtris et nouem Baccalaureis ſummos in philoſophia honores brabeuta contulit. A. MDCCVII. luſtrauit collegia Wilhelmitanum et Marcianum, quibus poſtea A. MDCCXXVII. Gymnaſiarcha felici ſidere praefectus eſt: Cui oneri honorifico A. MDCCXXXII. additum eſt munus Decani in Capitulo, quod vocant, Thomano. Tanta vero fuit in Lederlino promtitudo, alacritas, omnisque inertiae fuga, vt etiam vrbanos in patria honores non adſpernaretur, delectus in tribu ſartoribus propria, die XXV. Dec. A. MDCCXXIV. ſcabinus, et octies repetitis vicibus in eadem iudicii tribuarii Adſeſſor.

Pari prudentia, ſed impari felicitate res domeſticas moderatus eſt. Bis connubium contraxit. Primum menſ. Iun. MDCCIII. duxit *Mariam Barbaram*, *Friederici Wiegeri* iureconſulti et contractuum actuarii, ſuperſtitem filiam, ex qua duos filios, praematura autem morte ereptos, et tres filias ſuſcepit; quarum duarum funera curauit, ex media autem natu, Maria Salome, nupta A. MDCCXXXIII. Magiſt. *Io. Friderico Scherero* quintae claſſis Gymnaſii praeceptori et verbi diuini miniſtro Palaeope-

laeopetrino, duas neptes et vnum nepotem vidit. Priori autem connubio morte acerba rupto, ad ſecundas tranſiit nuptias, A. MDCCXII. *Anna Margaretha*, *Ioannis Salzmanni*, Medicinae doctoris filia in matrimonium ducta, quam viduam reliquit. Amabili ex hac ſocia progenuit filias quinque et vnum filium; ſed in tanta hac rerum humanarum viciſſitudine quatuor filiarum et vnici filioli morti praematurae illacrymatus eſt. Quinta tantum filia ſuperſtes erat, quam benedicto *Henrico Marbachio*, Capituli Thomani quaeſtori paulo ante obitum ſuum nuptam vidit. Iactura enim hac tot cariſſimorum pignorum vita eius perturbata et tanto laborum onere defatigata, vt licet in amore coniugis ſuauiſſimae et viſa forte familiae reſiduae fortunata, multum inueniret tranquillitatis, vis tamen morbi ipſaque natura eum tandem A. MDCCXXXVII. conſumſerunt. Quatuor quidem ab hinc luſtris ſingulis aeſtatibus ſolitus erat Niederbrunnam ſecedere, et poſtremo tempore Oberbrunnam, Alſatiae vicos, ab vrbe ſex milliaribus diſtantes, vt ex vſu ſalutaris eius terrae balnei atque acidularum vires nouas, ferendisque oneribus pares repeteret. Singulari locorum iſtorum Dynaſtae L. B. *de Sinclair* beneuolentia refocillatus, renouato ſemper robore ad muſas ſuas rediit. Eodem conſilio, eosdemque fructus percepturus m. Iulio A. MDCCXXXVII.

comi-

comitibus, vxore et filia, recente marita Oberbrunnam contendit. At vero

Ὅταν ὁ καιρὸς τῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,
Οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς ζηνὸς ἐκφύγῃ μόλων.

vt *Sophocles* ait, omni ſpe deiectus eo loco, qui valetudini et vitae ſaepius fuit ſalutaris in grauem morbum incidit et occubuit. Die enim XXVIII. m. Iulii poſt vſum acidularum et balnei dolore capitis vehementi et totum corpus infeſtante horrore corripitur; vehementiori motu poſtridie adfectus redit, et inde malorum caterua alia aliam excipit, donec omni naturae et corporis, continuo ſopore et deliriis frequentibus variisque grauiſſimorum morborum generibus defatigatus, robore fracto, et omni medicorum ſtudio omnibusque remediis irritis d. III. Septembris aequo animo de vita emigraret. Lederlini tamen memoria, quam egregiis ingenii diligentiaeque monumentis immortalitati tradidit, vigebit apud poſteros, qui veram amplamque eruditionem, qua mire floruit, et fidem ac dexteritatem doctoris Academici, qua apud omnes ſuos auditores celeber fuit, rite aeſtiment.

Reſtat igitur, vt, quos edidit libros maioris minorisue molis indicemus, quo noſtrum iudicium magis confirmabitur. De quibusdam cur copioſius diſſeruerimus, inſtitutum noſtrum pariter atque raritas eorum, quae ſaltim in qui-

busdam

buſdam eſt regionibus, nobis ſuaſerunt, quo etiam aliquoties vtemur iuſta excuſatione.

I. *Iulii Pollucis Onomaſticum Graece et Latine poſt egregiam illam Wolfgangi Seberi editionem, denuo immane quantum emendatum, ſuppletum, et colluſtratum, vt docebunt praefationes: praeter W. Seberi notas olim editas, accedit commentarius doctiſſimus Gothofredi Iungermanni, nunc tandem a tenebris vindicatus, itemque alius Ioachimi Kuhnii ſubſidio codicis MS. Antwerpienſis, variantium lectionum Iſaaci Voſſii, annotatorum Cl. Salmaſii et H. Valeſii etc. concinnatus. Omnia contulerunt, ac in ordinem redegerunt, varias praeterea lectiones, easque inſignes Codicis Falkenburgiani, tum et ſuas notas adiecerunt, editionemque curauerunt ſeptem quidem prioribus libris Ioh. Henricus Lederlinus Linguarum Oriental. in acad. Argentoratenſi Prof. P. et poſt eam reliquis Tiberius Hemſterhuis, Philoſ et Matheſ. in illuſtri Amſtel. Athenaeo Prof. P. cum indicibus nouis iisque locupletiſſimis.* Amſtelaedami ex officina Wetſteniana CIↃIↃCCVI. Fol. Quoniam opus hoc aureum litteraturae graecae cupidis tam vtile quam neceſſarium non in omnium fere erit manibus, quaedam de eo memorare haud a re alienum fore videtur. Dedicationem excipit praefatio Henrici Wetſtenii, qui de noua editione paranda cogitans nactusque varias lectiones Iſ. Voſſii, egit cum Kuhnio,

Pro-

Profeſſore Argentoratenſi, ut ſuas concederet notas, nec tulit repulſam. Poſtea alia procurauit ſubſidia, codicem Antwerpienſem, obſtetricante Daniele Papebrochio ſoc. Jeſ. Presbytero, et curas Salmaſianas ac Valeſianas opera Ioh. Georg. Graeuii. Mortuo Kuhnio, Lederlino demandatum eſt, ut editionem abſolueret nouis ornamentis, commentario Jungermanniano et codice Falkenburgii acceptis. Atqui, quoniam Wettſtenius de fatis commentarii praeſtantiſſimi Jungermanni, diu deſiderati, et de Lederlino quaedam memoratu digniſſima profert,ipſius verba adſcribere haud alienum erit. Illuſtris Artopejus, Cancellarius Zeizenſis, non antea deſtitit inquirere, quam inueniſſet (commentar. Jungermanni). Latitabat hic theſaurus Altorfi prope Norimbergam, apud ſutorem quendam, cui illum neſcio quis pignori dederat pro pauciſſimis nummulis, quatuor nimirum imperialibus. Hunc quum nactus eſſet, miſit ad Ill. Vlricum Obrechtum, Praetorem regium apud Argentoratenſes, qui illum ultro deſcribendum obtulit fratri meo, Jo. Rudolpho Wetſtenio, S. S. theologiam in academia Baſilienſi publice profitenti, qui ejus apographum ad me miſit. Quum vero paullo poſt ipſe innotuiſſem ill. Obrechtio --- is mihi conceſſit autographum Jungermannianum; et quum me laborare videret de viro graece docto, cujus ope in edendo Polluce vti poſſem, Argentorato,

me hujus beneficii ignaro arceſſiuit eruditiſſimum Lederlinum, cl. Kuhnii quondam diſcipulum, cujus diligentiam atque ardorem quum integro triennio expertus ſim, debita laude fruſtrare nolo - - Indices priores quatuor, qui ad textum Pollucis ſpectant, novos, eosque antehac editis longe ampliores et accuratiores confecit Stephanus Berglerus Tranſilvanus *) - - Reliquos tres ex notis conſcripſit Cl. Joann. Scherpezeelius, Gymnaſii Hardervicceni Rector - - Hactenus Wetſtenius. Hanc praefationem ſequitur Kuhniana, in qua de ſua opera et ſubſidiis more conſueto diſputat, et dein Lederlini, qui quoniam de fatis hujus editionis et de ſe ſcitu haud iniucunda profert, et, ut de genere dicendi Lederliniano lectores iudicare poſſint, initium praefationis huc transferre non piget. Prodit tandem, inquit, multis eruditorum votis expetitus, multis eruditorum lucubrationibus iam inde a ſeculo fere illuſtratus liber; tardius hercle, quam elephantem parere vulgus exiſtimat: illam enim decem annos in utero geſtare antiquis proditum eſt. Aſt in hunc partum in lucem edendum, cum eo quidem, quo nunc conſpicitur, ſplendore plus

*) De huius hominis ſingularis vita quaedam commemorat Wolle in libro, de verbis Graecorum mediis commentationes Kuſteri, Clerici &c. p. 240. ed. alter.

plus centum annis opus fuit. Quotquot enim fere doctiſſimorum Virorum in hac noua editione comparent explanationes, quotquot item reſtitutiones omnes ita ſunt comparatae, ut auctores illarum, aut nullos plane, aut exiguos ſaltem induſtriae ſuae fructus, dum viuerent, reportarint. Adeo quidem, ut qualia noſtro Polluci eiusque Criticis obtigere fata, nullum alium ſcriptorem, Graecorum imprimis, fere expertum fuiſſe, dicere non dubitem. Ut alia enim taceam, nulli eorum, qui editionem hanc nouam moliebantur, tam beato eſſe licuit, ut illam ἀπαρεμποδίςως atque ſolus ad finem perducere potuerit. Cuius rei cum et ipſe viuus adhuc teſtis ſuperſim, operae pretium eſſe duxi, ut Beneuolum Lectorem de iis, quae mea opera in hac editione praeſtita ſunt, redderem certiorem. Poſtquam e patria ſuaſu et hortatu cum aliorum tum vero inprimis Illuſtris Obrechti, ſtudio peregrinas viſendi terras, diſceſſiſſem, et per tempus aliquod Francofurti ad Moenum degerem, occupabar primum iuſſu Illuſtris Viri in conferendo MSto Iamblichi cum editis eius operibus, et deſcribendo eius tractatu nunquam hactenus edito περὶ κοινῆς μαθηματικῆς. Quem auctorem editurus modo laudatus Vir fuerat, niſi typographorum παῖδες cunctando opus hoc impediiſſent. Quare nihil quoque eius rei publicum hactenus vidit, praeter verſionem de vita Pythagorae, quam Illu-

ſtris Vir magno cum ſucceſſu feliciſſime confecit. Reliquas vero innumeras, quas excerpſimus, ex manu exarato Codice reſtitutiones una cum libro inedito περὶ κοινῆς μαθηματικῆς eruditiſſimo, dum viueret, Viro Thomae Gale, qui Iamblichi opera ſe in Anglia editurum promiſerat, transmiſit. Quae omnia, ut etiam poſt horum omni peritia celebrium Virorum fata, ii, in quorum ſunt manibus, non diutius latere ſinant, quauis animi contentione rogandi ſunt. Hoc labore in Iamblichum ad finem perducto, cum Belgium adire eſſet animus, opportunum nactus comitem Virum Reipublicae litterariae bono natum Ioh. Henricum Werſtenium, ſic permittente, imo incitante Illuſtri Obrechto, cum quo iter aggreſſus, feliciter Amſtelaedamum perueni. Ubi cum memoratus Werſtenius in itinere pariter et dein domi ſaepius narraret, qua ratione Iulii Pollucis Onomaſtici editionem nouam inſtinctu Clariſſimorum Virorum et imprimis Obrechti meditaretur, recenſeretque ea, quae iam in eam rem conquiſiuiſſet undique ſubſidia, imo tandem Obrechtum ſibi me non inutilem ipſi nauaturum in edendo hoc Auctore ſpem feciſſe, ſaepius repeteret, ego vero ſubinde tanto oneri ferendo meos humeros impares eſſe ingeminarem; ecce redduntur nobis literae ab Illuſtri Obrechto, in quibus à Bibliopola et a me ſpecimen nouae huius editionis petit. Verum cum ne ſic

qui-

quidem hoc in me onus ſuſcipere auderem, et quiduis potius me facturum, quam immaturum foetum in lucem publicam enixurum dicerem, aliae nobis, et mihi imprimis traduntur literae, quibus non amplius petebat Illuſtris Vir, ſed plane, ut morem tandem gererem, imperabat. In his conſtitutus anguſtiis, cum petitionibus et imperio Illuſtris Viri ne reſiſterem, debita erga illum una parte veneratio, ex altera vero impediret naturalis timiditas, et imbecillitatis meae conſcientia, vicit tandem Viri auctoritas. Quare acceptis iis, quae novae editioni adornandae magna, qua Vir Optimus gaudet, et induſtria et propenſo in bonas literas ſtudio congeſſerat, poſtquam paulo accuratius omnia luſtraſſem, manus tandem operi huic admouere, et ſpecimen aliquod Eruditis exhibere viſum fuit. Quod cum non Illuſtris Obrechti tantum, ſed et communi aliorum in his literis praeprimis laudatorum, Graeuii, Perizonii, Wetſtenii, Clerici, Francii, Broukhuſii atque aliorum, qui omnes magna nominis ſui fama inter eruditos paſſim innotuerunt, calculo eſſet comprobatum, quo coeperamus filo, telam pertexere perreximus.

Poſt haec diſputat de interpretatione Gualtheri, quem ſeniorem iuuenilis ſui laboris puduit, de editionibus, quas conſuluit, de notis Jungermanni et Falkenburgiano codice, quem

quidem Falkenburgianum cum Graeuio credidit, quamuis eius eſſe in dubium vocet Hemſterhuyſius, manum aliam eſſe exiſtimans; denique de quinque codicibus MSptis, qui in bibliotheca regia Lutetiae Pariſiorum, a nemine in hac editione cum editis collati, adſeruantur, atque adeo largam ſegetem poſt tam uberem meſſem nouo Pollucis editori promittunt. Quos quum Lederlinus, patriam repetens, per urbem Galliarum principem itinere facto, per exiguum illud temporis, quo ipſi licuit ibidem commorari, percurreret ſingulos, ubi incipiant, vbiue finiant, paucis deſcribit, et diligentem collationem horum codicum cum editione Seberiana ex libri VIII. et IX. principiis inſtituit *). Jam finem hujus praefationis adponam. Non ultra librum ſeptimum exſcripta typis erant, cum Amſtelaedamo in pariam Argentoratum revocarer, et mihi vacans tum temporis linguarum orientalium profeſſio a ſuperioribus demandaretur. Placuit itaque alium huic editioni abſoluendae praeficere; de quo cum eſſem multum ſollicitus; felicibus auibus incidi in clar. vir. Tiberium Hemſterhuyſium, Philologum eximium, et quo familiariter tum temporis mihi uti contigerat. Ex Hemſterhuyſii praefatione

*) Idem facere conſtituit Kuſterus, qui ſuas collationes inceptas cum Hemſterhuyſio ab hoc p. 37. ed. ſuae in lucem editas, communicauit.

ne alio tempore, quando huius vitam enarrare licebit, notatu digniſſima excerpam, ne in praeſenti iuſto copioſior videar. Denique editorum, qui ante in adornando Polluce verſati fuerant, praefationes agmen claudunt. Quas adiecit Lederlinus obſeruationes nec amplae nec adeo multae ſunt, maximam partem criticae, bonae tamen frugis. Merita autem in reſtituenda vera lectione et cura exemplum a typothetarum mendis purgandi ſunt inſignia. conf. etiam Acta Erud. a. 1707. pag. I.

II. *Biblia Germanica impenſis Henr. Wetſtenii* Amſtel. clↃIↃCCIV. in 8.

III. *Ilias Homeri usque ad Rhapſodiam II. noua verſione ornata* Amſtelaed. clↃIↃCCVII. in 16. propter litterarum nitorem et adcuratam mendorum typographicorum correctionem probatur haec editio.

IV. *Vigeri de praecipuis Graecae dictionis idiotiſmis libellus editio nouiſſima cum prioribus et praeſertim omnium prima diligenter compoſiſita inque locis quam plurimis emendata cur. Ioh. Henr. Lederlini* -- Argentor. clↃIↃCCIX. 8. *Lederlinus* quum primam editionem Paris. clↃIↃXXVI. a capite ad calcem cum Lugdunenſi compoſitam in ſubſidium vocaret, hac ratione ſuam editionem non parum emaculatam in quam plurimis locis reddidit. Praecipue cap. VIII. ſect. III. reg. V. item eodem capite

Sect. X. a regula I. ad IV. usque, vbi inſignior fuit editionum diſcrepantia, exhibuit lectionem editoris Pariſienſis; Lugdunenſis autem, ne quid huic editioni deeſſet, quod aliae haberent, ad libelli calcem ante indices eſſe voluit. Suas inſerere obuerſationes, quas ſe hinc inde a longo iam tempore ad codicis ſui oram adleuiſſe dixit, ab initio animus fuit; ne tamen libellus in molem excreſceret nimiam, conſilium mutauit, quod valde dolemus. Hoc tamen damnum cl. Hoogeveenius in nitida ſua et vtiliſſima Vigerii editione (Lugd. Bat. 1742.) largis ſuis obſeruationibus reſarcit. Ex praefatione praeterea videmus, Lederlinium *Lesbonacten*, *περὶ σχημάτων*, graecum ſcriptorem ineditum publici iuris facere voluiſſe, *quod συγγραμμάτιον*, inquit, *certe elegans pauciſſimis verbis plurima ad reconditam idiotiſmorum diuerſarum Graeciae ciuitatum et regionum doctrinam contineat*, verum aut mors aut alia cauſſa conſilium praeuertiſſe videtur; nos quidem de hac editione nihil comperimus.

V. *Briſſonii de regio Perſarum principatu.* Argent. cIↃIↃCCX.

VI. *Aeliani variae hiſtoriae* Argentorat. cIↃIↃCCXIII. Haec editio et nitore et praeſtantia et copia obſeruationum multum ſuperat Schefferianam; valde tamen cedit editioni Perizonio Gronouianae.

Re-

Reliquit etiam verſionem latinam nouam *Theonis Progymnas.* cum emendatione textus et alia quaedam manuſcripta: quae illa fuerint, et num poſtea lucem adſpexerint, comperire non potui. Iam minores indicabo libellos, quotquot ab inſigni liberalitate clar. *Stoeberi* pro quo iucundiſſimo humanitatis officio gratias ago debitas, accepi.

I. De πανοπλία τȣ Θεȣ *ad locum Paulli epiſt. ad Epheſ.* cap. VI, v. 13 - 17. reſp. Ioan. Andrea *Hammerer*, a. cIↃIↃCCVII. Quando Eraſmus Schmidius in notis ſuis ad hunc locum Paullinum, ſimili armaturae apud Homerum Iliad. V. v. 330. ſeqq. deſcriptione adlata, legatum diuinum in lectione poëtarum Graecorum ſatis verſatum fuiſſe, inde elicere ſtudet, Lederlinus hoc ſequi, noſtro quidem iudicio recte negat, quoniam haec arma ex vſu quotidiano nota eſſe potuerunt. Poſtea ſingulis verbis difficilioribus ex Grammatica et antiquitate lucem adfundere ſtuduit, licet pauca ultra vulgaria ſapiant.

II. *Diſſertatio philolog. in Pſalmum* CXIII. reſp. auctore M. Philipp. Iac. *Salzmann.* Ex Syro et rabbinicis interpretibus nouem verſus illuſtrantur.

III. Diſſ. *philol. in Geneſ.* cap. IV, 1. reſp. Ioh. Mich. *Lorenz* Argent. cIↃIↃCCVIIII. Locum hunc vexatiſſimum, cuius controuerſia ad-

huc multos torquet viros doctos, auctor reſpondens a noua et recenti cuiusdam auctoris, cuius nomen modeſte reticuit interpretatione, ſecundum quam ותאמר *et dixit* generis communis eſſe, et de vtroque homine Adam et Eva, explicari debere, et את ſemper atque ubique nota Accuſatiui in ſacro codice eſſe cenſetur, quod vtrumque falſum eſt, vindicaturus, ſingulis locis, quae ille adduxit, examinatis ita vertit: Et Adamus cognouit Chauam uxorem ſuam et dixit: poſſideo virum vel (ſi mauis) hominem cum Iehoua. h. e. Gratias atque laudem perſoluo Iehouae, qui ſuo auxilio me hisce in doloribus adiuuit, vt iam de nato homine gaudere poſſim.

IV. *Obſeruationes miſcellae e philologia S. potiſſimum depromtae ad Pſalmum* CXIV. reſp. auct. M. Frider. *Caroli* Argent. CIƆIƆCCXII. Flores, licet non ſelectiſſimos, adſperſit auctor ex philologia rabbinica, et graeca, ex hiſtoria et perpaucos, qui plures eſſe debuerunt in ſublimi hac et elegantiſſima oda, ex arte pulcre cogitandi decerptos.

V. *Obſeruationes quaedam miſcellae ad loca nonnulla actorum Apoſtolorum* reſpond. Ioan. Philippo *Hammerer*. Argent. CIƆIƆCCXIV. Haec diſputatio ab ipſo Lederlino elaborata maiori et elegantiori eruditionis adparatu, quam quas antea commemoraui, et maiori diligentia

con-

concinnata eſt. Primo explicatur ex Act. VII, 40. conſtructio, quam Grammatici ἀνακόλουθον vocant: deinde oſtenditur, κοιμᾶσθαι *dormire*, etiam de eo dici, qui morte violenta interiit ad Act. VII, 60: poſtea docet χρηματίσαι ad Act. XI, 26. et paſſivam et actiuam, interdum utramque habere ſignificationem; tum probat, Paullum Act. XXVII, 34. morem cultorum idolorum, quo, vrgente tempeſtate ac nulla ſpe ſalutis certa adfulgente, capillos tondere ſoliti erant, haud reſpexiſſe, ſed verba Paullina παροιμιώδη eſſe, iisque ne minimae quidem rei, multo minus maioris iacturam facturum quempiam denotari, denique euoluitur metaphora, quae in verbo παχύνεσθαι Act. XXVIII, 27. etc. occurrit, idemque eſt ac non ſentire, non intelligere.

VI. *de dono linguarum in feſto pentecoſtes ad Act. Apoſt.* cap. II, 4 - 8. reſp. Io. *Thunbacher* a cIↃIↃCCXIV. In parte priori, quae eſt philologica, ſaepe auram captat, et omnia paene vocabula minutiſſime ſecat: in parte poſteriori nonnullorum excitat interpretationes, iisque adcedit, qui Apoſtolos in feſto Pentecoſtes dono diuerſarum et nouarum linguarum ita inſtructos fuiſſe cenſent, ut cum quouis praeſentium auditorum, diuerſarum licet nationum, promte et expedite colloqui, mentem ſuam explicare, et interroganti reſpondere viciſſim potuerint, per-

perinde ac ſi ignota ipſis antea lingua, vernacula fuiſſet.

VII. *de ieiunio ad Act. Apoſt.* XXVII, 8. reſp. Ioan. *Schmidt* Argent. CIↃIↃCCXIV. Recenſitis variorum interpretum ſententiis, iis adcedit, qui de ieiunio inter Iudaeos ſtato explicent, et hunc eſſe ſenſum ait: Paullum hortatum eſſe Centurionem etc. in Creta eſſe manendum, quia periculoſam fore navigationem vel etiam inde perſpiciebat, quod ieiunium Iudaeorum illud ſolemne, atque adeo tempus nauigationi commodum iam praeteriiſſet.

VIII. *de Galeis veterum* reſp. auct. M. Ioan. Iac. *Wittero* Argentor. CIↃIↃCCXVI. Haec diſputatio elegantiarum eruditionis et diligentiae plena eſt. Agitur in ea primum de ὀνοματολογίᾳ, dein de origine et materia, tum de partibus, poſtea de ornamentis et inſignibus, porro de vſu, denique de varietate galearum.

IX. *Obſeruationum quarundam miſcellarum ad loca nonnulla actorum Apoſtolorum continuatio prima* reſp. Elia *Stoebero* Argent. CIↃIↃCCXXXVII. Primo copioſe illuſtratur elliptica loquutio εἶναί τινα vel τι ad Act. V, 36. deinde aoriſtos apud Graecos etiam futurorum habere conſtructionem ad Actor. XXIII, 13. oſtenditur denique contra Erasm. Schmidium euincitur, in verbis Actor. XXVI, 3. γνώστην ὄντα σε ineſſe ſoloiκι-

σολοικοφανές τι, hoc eſt videri tantum habere ſpeciem minus congruae orationis, nec vero re ipſa orationem eſſe minus congruam.

X. *Meletema philologicum, ſenſum verborum Caini Geneſ. IV, 13. expendens* reſp. Philipp. Iac. *Henneberg*. Argent. CIↃIↃCCXXXVII. Variorum interpretum et antiquiſſimorum et recentiorum ſententiis et verbis examinatis ab eorum ſtat ſententia qui hunc eruant ſenſum: Maior eſt poena iniquitatis meae, quam vt eam ferre aut ſuſtinere queam.

Hi fuerant libelli minores, qui in manus meas venerunt, et quibus Lederlinus vtilitati ſuorum auditorum quam famae ſuae, vti ait, ſeruire maluit. Forſan ſunt, qui arbitrentur, me in his recenſendis iuſto longiorem fuiſſe. At vero, quoniam pauci harum dapum auidi eas nanciſci poſſunt, ab his me veniam impetraturum ſpero. Ego vero dum non omnes enumerare potui diſputationes, quarum quidem inſcriptiones reperi, et quo anno ſint conſcriptae, aut quod tractent argumentum neſcio: ne tamen aliquid deeſſe videatur, ex proluſione publica academica, quam, vti dixi, tanquam filum ſequutus ſum, ea huc transferam. Sunt vero

Diſſert. *de Clypeo Achillis ex Homeri Il.* Σ. v. 478.

Miſcel-

Miſcellae obss. in Graecos ſcriptores

De Graecorum et Hebraeorum εὐφημία.

De templis argenteis Dianae Epheſiae ad Act. XIX, 24.

De filia Jephtae ex voto patris nec immolanda, nec immolata.

De ſale infatuato ad Matth. V, 13.

Ἀλλα ταῦτα ἱκανα.

Coronidis loco adponere iuuat Cenotaphium memoriae eius a poſteris conſecratum

IOHANNI HENRICO LEDERLINO
LING. ORIENT. IN ACAD. ARGENT. PROF. PVBL.
COLLEG. AD D. THOMAE DECANO
ET GYMNASIARCHAE
QVI
ARGENTORATI NATVS XV. CAL. SEPT. MDCLXXII.
ORIGINES SVAS DOCTRINAE GLORIA ILLVSTRAVIT
THESAVROS ORIENTIS IN PATRIA PARATOS
IN BATAVIA ET GALLIA AVCTOS
ORE ET SCRIPTIS
PER ORBEM LITERATVM DIFFVDIT
DVBIVM
GRAECIS HEBRAICIS SYRIACIS AN ARABICIS
MAIOREM REPVTARET
TER ACADEMIAE
DVODECIES ORDINIS PHILOSOPHICI RECTOR
BIS MARITVS VNDECIES PATER
OBIIT ET SEPVLTVS EST
OBERBRVNNAE AD VOSACVM
A. MDCCXXXVII. III. SEPT.

MOR-

MORTEM INVENIT
VBI SANITATIS PRAESIDIA NON SEMEL QVAESIVERAT
VIR MORIBVS ANTIQVIS CANDORE CONSTANTIA
NVLLI SECVNDVS
CONIVX DVAE FILIAE SVPERSTITES GENERIQVE
OPTIME MERENTI
HOC MONVMENTVM POSVERVNT.

* * *

Eurip. Bellèroph. vſ. 26. ſq.

Ἦθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβὴς, ὅτ' ἦθ', ἀεὶ,
Ξένοις τ' ἐπήρκεις, οὐδ' ἔκαμνες εἰς φίλους.

Ταῦτα φιλίας καὶ ἀληθείας χάριν
ἔθηκε.

M. STOEBER.

CHRISTIANVS ERNESTVS DE WINDHEIM.

Philoſophiae quondam Doctor eiusdemque et linguarum orientalium Profeſſor publicus ordinarius in Academia Erlangenſi, Societatis Teutonicae Praeſes et Gymnaſii Scholarcha. *)

Wernigeroda, nobilis ad Bructeri montis radices ſita vrbs, Comitum Stolbergenſium ſedes, pa-

*) Sequuti ſumus in enarratione vitae proluſionem publicam, qua academia Erlangenſis illius memoriam

patria fuit noſtri, vbi die XIX. menſ. Octobr. a. MDCCXXII. primam lucem adſpexit. Patrem habuit *Rudolphum Auguſtum*, Comitis Stolbergo-Wernigerodani praefecturarum conſiliarium, qui poſtea Timmerodae, pago in principatu Blankenburgico ſito, vbi nobile propriumque poſſedit praedium, priuatam degit aetatem, ibique praeterito anno (LXVI.) paullo poſtquam triſte filii funus curauerat, mortuus eſt; matrem vero, *Dorotheam Reginam*, natam Oehlers, Conſulis Wernigerodani filiam. Pater, quum in puero ingenium litteris aptum animaduerteret, et omnibus rebus ad filium bene honeſteque educandum inſtructus eſſet, et copioſus, nihil intermiſit, nullisque pepercit ſumtibus ad animum poliendum. Quare primum tradidit eum curae praeceptorum domeſticorum, poſtea autem, matura aetate, quod in ſcholis publica auctoritate conſtitutis, aemulatio ingenia alit incitatque ad maiora tentanda, Brunſuicum miſit, vbi in Gymnaſio Martiniano fundamenta poſuit, quibus in vita academica et celerius et felicius ſuperſtrueret. Praecipue diligentiam et amorem *Schrodtii*, Rectoris, poſtea autem profeſſoris collegii Carolini, mire ſemper laudauit.

Ma-

riam commendauit, Erlangae CIↃIↃCCLXVI. in forma maxima.

Mature autem, quod quidem pluribus mirum viſum fuit, ſacris litteris ſe conſecrans, aliorum docendorum cupiditate flagrabat, quam metam quo felicius pertingeret, praeceptis philoſophorum litteriſque elegantioribus vacauit, quod probe ſentiebat, illis deſtitutos in litteris accipiendis ſeuerioribus exiguos facere progreſſus, et tamquam coecutientes vbique offendere, aut in deuia delabi. *Wolfii* vero et *Baumgartenii* fama atque auctoritas eum commouerunt, vt a. CIƆIƆCCXLI. Halam ſe conuerteret, quos quidem quamquam paene vnos ſectabatur, frequentauit tamen praeterea ſcholas *Michaelis*, *Langii*, *Callenbergii*, *Stiebritzii*, *Meieri*, *Krugeri* aliorumque, vt in academiis mos eſt. Priuatiſſima quoque opera Magiſtri cuiusdam, ni fallor, *Tieffenbachii* in litteris hebraicis vſus eſt, a quo ſingulares quasdam opiniunculas, quas in ſcriptis poſtea publicauit, accepiſſe dicitur. Boehmerum adiit iuris canonici diſcendi cauſſa, qua ille doctrina inprimis excelluit. Tres annos acroaſibus doctiſſimorum hominum, qui tunc temporis academiam Halenſem ornarunt, quum diligenter intereſſet, ab ordine philoſophorum ſummos in philoſophia petiit honores, quos Brabeuta *Straehlero*, die XXI. Maii a. XLV. impetrauit.

De loco, vbi doctrinas ſibi partas aliis exponeret, extra enim academiam more multorum

feruidioris ingenii iuuenum, qui vanitate gloriae et ſplendore miſeriae, in academiis haud rarae, decipiuntur, minus vitalem ſibi vitam fore exiſtimabat, non fuit, quod diu dubitaret. Paterni enim praedii vicinia non minus quam peruagatiſſimum *Mosbemii*, tunc Abbatis et Profeſſoris publici ordinarii, nomen eum facile commouerunt, vt academiam deligeret Helmſtadienſem. Huc delatus, peractis, quae in academiis ſunt ſolemnia, ſcholas aperuit philoſophicas, ſuamque diligentiam recitando et frequenter diſputando ſcribendoque proceribus Iulio-Carolinae ita probauit, vt a. XLVI. ordini philoſophorum Adiunctus conſtitueretur. In hac illuſtri Muſarum ſede, quum vsque ad annum XLVII iucunde viueret, adcidit, vt fortunae ipſius nouum ſidus exoriretur. *Mosbemius* enim, cuius ſingulari vſus eſt amicitia et fauore, quum Göttingam euocaretur, vt ſplendidum academiae Cancellarii munus ſuſciperet, ſuumque *Windbemium* adferre vellet, re a Munchhuſio munifico illo muſarum patrono et Gottingenſium curatore impetrata Gottingam venit Windhemius, honore Profeſſoris extra ordinem inſignitus. In hoc almo litterarum domicilio, etiamſi ſedem fixam conſtituere decreuit, ſecus tamen viſum eſt ſupremo omnium rerum moderatori. Erlangae enim, vbi *Kripnerus* linguarum orientalium, quarum fuit peritiſſimus, et philoſophiae profeſſor a. CIↃIↃCCL. diem obiit

obiit ſupremum, illa prouincia cel. *Michaeli* Göttingenſi, tunc temporis profeſſori extra ordinem oblata fuit, quam autem, quod hac occaſione munus profeſſoris ordinarii amplasque conditiones nactus eſt, recuſans, Windhemium academiae commendauit Erlangenſi multumque eius commendatio habuit ponderis. Hac via *Windhemius* praeter exſpectationem Erlangam delatus, munus litterarum orientalium et philoſophiae docendarum adeptus eſt. Cathedram autem philoſophicam multo magis ornauit, quam munus litterarum, quae ab Oriente nomen habent, tradendarum.

Aque quoniam hic locus mihi opportunus eſſe videtur, de eius ingenio, vita et docendi ratione ſcitu neceſſaria, ſine vllo tamen partium ſtudio differendi, hoc agam. Sancte autem teſtor, me nihil aliud aliud acturum, quam vt, quod ingenuum decet hominem, verum dicam. Ne quis igitur ſibi perſuadeat, valde rogo, me, dum, quid ſentio, libere dixerim, odio aut inuidiae aut maledicendi ſtudio, a quibus me vitiis valde abhorrere, qui me penitius inſpexerunt, teſtabuntur, aliquid dediſſe. Animus enim ſi aeſtuaret libidine conuiciandi, aut famae virorum laudem detrahendi, multa mihi de hoc caeterisque fuiſſent dicenda, quae quidem, quoniam ad augendam aut ornandam litterarum ſcientiam parum faciunt, lubens ſem-

per omitto, probe gnarus, cuilibet homini ſuum attributum eſſe errorem, et neminem adhuc extitiſſe, cuius virtutes nullo plane vitiorum confinio laederentur. Ea igitur tantum commemorabo, quae vel iuuenes doctores reddant prudentiores, vel alios ad ſui cognitionem excitent, vel vitam ſcriptaque noſtri eorumque, quibuscum vixit, illuſtrent. Hic enim finis eſto vitae enarrationis, et quem, quoad fieri poteſt, ante oculos ſemper habeo, ne laudem quamdam aut laudatione cuiusdam hominis aut vituperatione vener, in eo tantummodo verſans, vt omnibus, quae dicuntur a me, libertas, fides, veritas conſtet, tantumque a ſpecie adulationis abſit narratio mea, quantum abeſt ä neceſſitate.

In eo igitur fuit magna corporis proceritas, comitas atque vrbanitas. In conſuetudine fuit affabilis, iocoſus et iucundus, a moroſis et triſtibus illis homunculis, qui morbo mentis calent, alieniſſimus. Quocum verſabatur, hilaris fuit, omnesque ad parem hilaritatem excitare ſtuduit. Sorte ſua, quamquam ſaepiuſcule parum laeta, contentus videbatur, ſaltim aegritudinem curasque animi prudenter diſſimulare et caelare potuit. Paucis contentus, rem domeſticam parum curauit, libris litterisque ſemper intentus. Ab omni quaeſtus humilitate longiſſime fuit alienus. Cuicunque negotio

tio manus admouerat, id ad finem quam citiſſime ſtuduit perducere, quamuis propter feſtinationem in quibusdam rebus negligentiae veſtigia adparuerint, admodum enim excitatus et feruidi fuit ingenii, quod nullum detrectaret laborem. Prima luce ſurgere ſolitus totum diem litteris aut aliis negotiis officiisque humanitatis munerisque conſecrauit, deſidiae otiique quam maxime inimicus. Valde autem inconſtans fuit in omni vitae et litterarum genere, noua ſemper molitus. Paucos pares, neminem ſuperiorem in collegio habere voluit. Quare qui in ſocietatem conſiliorum ire noluerunt, aut palam reſtiterunt, eos contemſit, et cum quibusdam collegis inimicitias exercuit atrociſſimas. Quamquam facillime commouebatur ad iram, tamen ſi res tempusque poſtulabant, callide potuit ſimulare et diſſimulare, ſed tunc aduerſarius, aut qui offendiſſe ipſum videbatur, habuit, quod eius inſidias timeret. Alioquin libere, ſed modeſte et verecunde ſentire et dicere conſuerat, nulla hominis ratione habita. Cumprimis amauit philoſophiam, qua excelluit et commentando et diſputando, quum magna in eo eſſet perſpicacia, quae latebras aduerſariorum et fallaciam argumentandi facile detegeret; aetate autem prouectus, genioque ſaeculi et nouitatis ſtudio abreptus, plurimum temporis tribuit oeconomiae et hiſtoriae naturae cognoſcendae, at non ſine detrimento rei

familiaris id, quod neſcio quo fato pluribus oeconomiae doctoribus adcidit, vt euentus fructusque ſpei atque impenſis quam minime reſponderent, atque improbum nullisque ſumtibus parcentem hominem ludibrio quaſi haberent. Litteras orientales leuiter tractaſſe videtur, ſaltim negligenter tradidit, id quod famae inſignem adſperſit maculam. Litteras arabicas didicit demum vnum alterumue menſem, antequam munus capeſſeret Erlangenſe, ab harum perito, *Michaeli* Gottingenſi. In adoleſcentia adſuetus fuit Grammaticae et doctrinae Hardtianae, quam poſtea cum Danziana, quoniam in permultis academiis adhuc regnat, et Schultenſiana combinare ſtuduit, vnde ſaepe commixtio orta eſt. Multum vero diſceſſit a contorta et innumeris ſpinis ſepta methodo Danziana, potiſſimum autem in verbis formandis, quorum, ni fallor, vltra viginti claſſes conſtituit. Quamquam honoris fuit cupidiſſimus, nec facile vllum obtrectatorem perferre potuit, neſcio tamen, qui factum ſit, vt in tradendis litteris eſſet negligentiſſimus, et vtilitati auditorum, quaſi eos deſpexiſſet, et honori academiae, quem tamen quilibet doctor omnibus viribus ornare et amplificare debet, et ſuae ipſius famae parum ſeruiret. Vnum alterumque exemplum dum protulero, ſatis me teſtimonii dediſſe arbitror. Quando particulas veteris Teſtamenti explicaret, vel potius percurreret, ſaepiuſcule

piuſcule vſus eſt exemplo Lipſienſi, cui verſio Schmidii addita eſt, vnde vertere; ab altera parte fuit Reineccii ianua linguae, vnde radices vocabulorum petere; ab altera autem opus, quod anglicum biblicum dicitur, unde interpretationes recitare potiores conſueuerat. Niſi ego ipſe hoc aliquoties vidiſſem, nullus, vt crederem, me adduceret, quum mihi vix ac ne vix quidem perſuadere poſſem, doctorem quemdam academicum adeo ferocis et exſanguis eſſe frontis, adeo ſusque deque habere auditores, quaſi nullus animadverteret; ſuamque famam adeo negligenter curare, vt hoc audeat. Hinc factum eſt, vt, quod pluries adcidit, alterum verſum ex fonte ipſo, alterum eumque diuerſum e verſione, nimia forte virium ſuarum fiducia deceptus, recitaret, quo quidem riſui et contemtui auditorum ſe expoſuit. Neque vero hoc eum ad maiorem curam et diligentiam acuit. Quando autem bene praeparatus habuit ſcholas, docte periteque ſatisfecit et muneri et auditorum deſiderio, quum maxime auſpicaretur nouas ſcholas. At enim initio plerumque ferueſcebat, poſt aliquot autem hebdomadas langueſcere coepit diligentia. Quare pauciſſimos habuit auditores, praecipue quando litteras orientales docuit. Forſan autem paucitas fecit, vt adeo negligens eſſet, neque enim lucri faciendi cauſſa inſtituit ſcholas: nunquam auditores nomen dare iuſſit, nec ab ullo exegit

praemium, ſiue, vti dicere mos eſt, honorarium. Neque tamen aequo animo ferre potuit, vt alius doctor ſiue publicus ſiue priuatus eadem excelleret doctrina, plauſuque floreret inſigniori. Num Helmſtadii et Gottingae aeque negligenter docuerit, neſcio: ſuſpicor tamen ex eo, quod ex viro docto verique amantiſſimo accepi, qui inuitante *Windhemio*, ipſi Gottingae praelectiones metaphyſicas auſpicanti aderat. Quomodo igitur ſe gerit *Windhemius?* Recens compactum in manibus tenet exemplum Baumgartenii Philoſophi inſtitutionum metaphyſicarum. Cum magno vocis ſtrepitu et verborum inanitate explicat praecepta, et quando vertenda fuit plagella, ſcalpello coram auditoribus oram libelli diuidit. Quod quam ob cauſſam fecerit, equidem diuinare nequeo. Num, quoniam haud praeparatus ad ſcholas habendas adceſſerit, quod quidem in difficili hoc et ſubtili libro vix ſuſpicari licet, an potius, quaedam vaniloquentia et arrogantia ſuberant, niſi omnes difficultates ſuperauerit metaphyſicas et e veſtigio ſenſum auctoris feliciter eruere et explanare potuerit. Ab hac autem negligentia, a nimio feruore et alacritate ingenii profecta, ne in libris quidem conſcribendis potiſſimum Moshemianis abſtinuit. Nimiis enim laboribus occupatum, aut aliis negotiis curisue diſtentum quando bibliopola vrguebat, quae collegerat repente conſarcinnauit, et typothe-

tae

tae tradidit, vnde miſera illa quorundam facies et leuitas et errorum turba, vbi extrema cum primis non apte cohaereant, aut haec illis ſint contraria, aut verbis elata inconditis, orta eſt, quod quidem plures, qui de libris ſententias palam ferre ſolent, et quorum iudicium ſuperbum eſt, offenderat, et ad querelas impulerat auctori iniucundas. Hoc autem ſtatuo, *Windhemium*, ſi omnes ſuas curas et cogitationes et diligentiam in vno litterarum genere conſumſiſſet, nec adeo varius fuiſſet leuisque, magnam orbis partem fama colluſtraturum fuiſſe. Nam quum multum iudicii acumen, magnam vim ingenii, miram ſedulitatem atque induſtriam, ſplendidam, optimisque libris inſtructam bibliothecam haberet, quid potuiſſet praeſtare, ſi mature deſiiſſet in omni litterarum genere errabundi more vagari, nec nouitatis ſtudio abreptus πανσοφίας laudem captaſſet. At ingenii velocitas et ardor, noui libido, quamquam nouas easque graues amplasque veritates num inuenerit, an palam fecerit, neſcio, eum ſemper agitarunt, et a certo quodam ſcopo auulſerunt. Docuit vero interdum linguam anglicam; habuit, ſaltim indixit ſcholas philologicas, philoſophicas, oeconomicas et theologicas. Poſtremas autem aperuit ab eo tempore, quo magna librorum et manuſcriptorum ſoceri ſui Moshemii pars ex ſectione publica ad eum venerat. Ambiuit quidem locum inter theolo-

gos Erlangenſes, quoniam vero iis, qui *Frey-maurer* vocantur, adnumerabatur, ordo theologorum ſummos ei honores impertire ſemper recuſauit, atque ita noſter ſpe, exceſſerat. Interea a principe et conditore Fridericianae veniam impetrauit lectionum theologicarum inſtituendarum et non ſolum ab illo diuo principe, ſed etiam ab eo, qui nunc terras Byruthinas ſapienter regit, augmentum annui ſtipendii accepit liberaliſſimum. Haec ad imaginem vitae, morum et diſciplinae Windhemianae adumbrandam, non quidem perfectam et abſolutam pro inſtituto noſtro ſufficiant, et forte ſunt, qui ſuam quoque expreſſam videant. Reliqua igitur eius vitae perſequemur.

Quum culturae linguae vernaculae multum tribueret temporis, optimos libros diligenter verſaret, et *Gonnio*, *Chladenio*, *Huthio* et *Buttſtedio*, quos doctiſſimos homines mors praematura intra breue temporis ſpatium abripuerat academiae, cum laude parentaret, ſocietati Teutonicae, quae Erlangae moderante *Huthio*, Theologiae quondam Profeſſore floruerat, et litteris pariter atque academiae multum adtulerat ornamenti, hoc mortuo a ſenatu academico nouus praefectus eſt Praeſes. At quum etiam in adminiſtranda hac prouincia negligentior eſſet, et multa mutaret, factum eſt, vt Societas ſuam ſubinde amitteret dignitatem atque

atque auctoritatem et paene exſpiraret; quod quidem pluribus aliis adcidit ſocietatibus litterariis.

Summum magiſtratum academicum ter obtinuit, et res ordinis ſui, ſiue vt dicere ſolent, Decanatum ſexies adminiſtrauit, in quibus gerundis rigidus ſtatutorum academicorum fuit cuſtos et defenſor; et ſtrenuus eſſe, quam ſocordia, a quo eum vitio in omni vita abfuiſſe, iam ſupra commemorauimus, torpeſcere maluit.

Bis matrimonium iniuit; primum cum lectiſſima filia Moshemii, vero ſui ſexus decore et ornamento, *Dorothea Auguſta Margaretha*, quam primo menſe a. LI. Erlangam duxit. Haec non ſolum iis mentis virtutibus, quae foeminas egregie ornant, modeſtia, pudore, verecundia, vrbanitate, ingenuo erga maritum amore fideque ſingulari, ſed etiam varia eruditione et doctrina, qua excelleret, fuit inſtructa. Amauit philoſophiam et linguam vernaculam, eamque diligenter coluit; probe calluit linguas Gallicam atque Anglicam, cuius poſterioris fuit peritiſſima. Hinc marito ſuo, qui quidem haud diſſimulauit, in laboribus miram tulit opem, praecipue in libris, quos e lingua Anglica in Teutonicam verterat, atque vt maritum, qui ipſam impenſe amabat, in deſcribendis commentariis ſubleuaret, linguam ab

eo

eo didicit latinam. Nimius autem litterarum amor illam interdum auocauit a cura rei domeſticae debita, de quo vitio foeminis eruditis communi plures conqueſti ſunt. Hoc autem congruente vitae tenore, hac animorum conſpiratione, hac caritate, his mutuis officiis, quam acerbum vulnus mors Moshemiae ſuae adtulerit Windhemio, quilibet hariolari poteſt: Summa igitur cum triſtitia atque moerore funus illius menſe Martio a. CIↃIↃCCLXI. curauit, imaginem tamen ſociae ſuae amantiſſimae expreſſam viderat in binis amoris pignoribus, *Ioanne Auguſto*, et *Henrietta Wilhelmina Dorothea*, qui adhuc in viuis ſunt. Rei autem domeſticae ratio quum requireret, vt aliam laborum domeſticorum adſumeret ſociam, elegit ſibi menſe Iul. CIↃIↃCCLXII. *Fridericam*, Auguſti Sigismundi de *Redzenſtein*, Sereniſſimi Marchionis Brandenburgici legionis Culmbacenſis olim Centurionis, militis veterani, atque in compluribus expeditionibus bellicis maxime ſtrenui, filiam optimam, facie venuſta et verecunda et modeſta valde decoram, ex qua unicam ſuſcepit filiolam, *Dorotheam Henr. Frider. Ludouicam Chriſtianam*, quae vero cum matre patris obitum luget inopinatum.

Medio enim autumno a. LXVI. *Windhemius* parentes, cum grauioribus morbis colluctantes, reuiſurus, quum comitibus coniuge liberisque ſar-

ſartus tectus Timmenrodam veniſſet, et parentibus paullulum reſtitutis, ad reditum ſuosque labores academicos repetendos ſe adcingeret, ſubito incidit in morbum vehementem, quo poſt diem octauum die V. Nouembris vix emenſus XLIV. aetatis annum ex hac vita deceſſit. Ita vero ſpes vitaque hominis fragilis eſt et caduca! Non diu autem ante obitum Gottingam inuitabatur ad munus philoſophiae ordinarium et Theologiae extraordinarium ſuſcipiendum, ſed hunc honorem aeque deprecatus eſt, ac ante biennium, quum ſub lautis conditionibus Helmſtadium vocaretur.

Reſtat, vt quos concinnauit libros et libellos, indicem.

I. Scripta Halenſia.

De Hebraeorum Vau conuerſiuo futurorum. Epiſtola Gratulatoria ad *Sigism. Iac. Baumgarten*, de die ſuo natali CIƆIƆCCXLIV. Negat contra Danzium aliosque Grammaticos ו Hebraeorum praefixum per Patach ſequente Dages forti punctatum, vt Grammatici loquuntur, conuertere Futurum in Praeteritum, atque "obſeruo, ait, punctationem illam me deriuare a verbo Ebraeorum Subſtantiuo היה vt e. g. ויאמר fit pro היה יאמר pro quo tertia ה abiecta et י in ſonum litterae ſubſequentis muta-

ta

ta atque D. F. exhibita et ח priori permuta-
ta in ו enaſcitur וְהֹאמֶר et in quibusdam locis adpoſito ו copulatiuo pro וְוֹאמֶר denuo euadit וַהֹאמֶר Tunc ad ſuam (forte Tieffenbachii) coniecturam fulciendam quasdam regulas ſane eruditas profert. pag. VI. obſeruat τὸ ו imitari ſonum litterae ſubſequentis, niſi id ipſum ו ſequatur, in vtroque tamen caſu exhiberi per Dages forte: et in nota quadam τὸ ו litterae, inquit, ſubſequentis ſonum imitari, patet ex verbis פ״י qui more פ״נ flectuntur - - putat Schultens. plurima haec verba פ״י eſſe פ״ו ſi id verum adſumas in deriuatione τȣ̃ ו converſiui pro היה το הוה. Denique pag. 23. ſcripturae ſacrae exempla Exod. XXXIII, 7. 8. 9. in quibus verbum היה ante futurum expreſſe poſitum eſt, vt conuerſionem ſequentis futuri indicet, ad ſuſpicionem ſuam firmandam adfert, ex quo pag. 24. hunc format canonem: verbum ſubſtantiuum tum plene deprehenditur, ſi inter ipſum et futurum aliquid intercedit, ſi vero immediate id ſequitur, per regulas datas combinatur.

II. *Einem gründlichen Gottesgelehrten iſt die Erkenntniß der Arzneykunſt nöthig und nothwendig. Ein Schreiben an Herrn D. Delius*, (qui nunc academiae Erlangenſis inſigne decus eſt.) 1743.

III. *de*

III. *de Paullo gentium Apoſtolo contra Thomam Morganum.* 1745.

II. Scripta Helmſtadienſa.

De facultate diiudicandi, Diſp. Reſp. I. F. *Stahlmann.*

De memoria Diſſ. Reſp. *Dekker.*

De intellectu diuino, qua Socinianismus philoſophicus ſuis argumentis priuatur Diſp. Reſp. I. G. A. *Kipping.*

Sylloge theſium philoſophicarum miſcellanearum I. - VII.

Drey Sendſchreiben an ſeine Zuhörer: 1) Beweiſs von der Würcklichkeit der Wunderwerke in dieſer Welt. 2) Sendſchreiben von dem lezten Zweck Gottes bey der Schöpfung der Welt. 3) Sendſchreiben von den Engeln. 1746.

Obſeruationes theologico-hiſtoricae ad Benedicti XIV. Pontificis Max. nuperam ad Epiſcopum Auguſtanum epiſtolam, quibus cum de aliis rebus tum de ſanctis eccleſiae Romanae rituque canonizandi diſſeritur. in 4.

Hunc librum, ipſe mihi *Windhemius* dixit, munus publicum Gottingenſe ſibi paraſſe. Cenſuras dederunt ephemerid. Lipſienſ. pr. 36. p. 316. 1748. et Gotting. eiusd. an.

III. Scri-

III. Scripta Gottingenſia.

Die Kunſt frölich zu ſeyn. Ein freyer Auszug aus den Werken des Anton Alfons von Saraſſa 8. 1747. Ex proluſione publica Erlangenſi cognouimus quam vtilis Windhemio vſus huius libelli fuerit: hinc quaedam deſcribamus. Ipſa mors nec grauis nec plane improuiſa eſſe poterat ei, qui animum ſemper ita induxerat ſuum, ut, dum humani nihil a ſe alienum putaret, aequam in arduis ſeruare mentem, prudentem et temporibus ſecundis dubiisue rectam, ſibique res non ſe rebus ſubmittere, inque diem laetum viuere triſtitiamque fugare conatus ſit. Docuerat eum ſuus de Saraſſa artem ſemper gaudendi; atque ea, quae ſana mens et religio dictabant, ita ex hoc libro ſibi reddiderat familiaria, vt ex ampliori ſermone et caſtigata quoque in compendium redegerit, quod inter alia numeroſa deque vaſta noſtri eruditione teſtantia ſcripta, quae cum publico communicauit, adeo placuit non tantum erudito orbi, ſed quibuscunque bonis et animi tranquillitatis ſtudioſis cupidisque, vt pluries typis exſcribi, iteratisque editionibus euulgari, immo in peregrinas linguas verti neceſſe fuerit. Saepiuſcule autem de ſe ipſo iure ſuo gloriabatur, non ſolum ſe Saraſſae ſemper gaudendi artem concinnaſſe, ſed etiam in praxi oſtendere, quantum ſibi ea dogmata arrideant. Saraſſa Hiſpanus e Societate

tate Jeſu praeterito ſaeculo nomen gloriamque philoſophi inſignis adeptus hoc libro, quem in compendium redegit Windhemius, omiſſis praecipue Papicolarum opiniunculis ſui famam inter homines doctos ſuae pariter atque noſtrae religionis auxit. Vide ephem. Goetting. pl. 95. a. 1747.

Diſp. *de obligatione in genere* 1748.

Diſp. *de erroribus vulgi in libris ſacris non probatis* Auct. et Reſp. *Hecker* 1748 vide eph. Goetting. p. 362 ejusd. anni, in quibus reliqua etiam ſcripta Windhemii cenſentur, quare raro ad has provocabimus.

Diſp. *de eodem et diverſo* eod. an.

Examen argumentorum Platonis pro immortalitate animae humanae diſſ. philoſ. Reſpond. M. H. *Teenke* 1749.

Duos Platonis errores de materia aeterna et de anima mundi antea detexit, quam ad argumenta diluenda ſe accingeret. Primum autem argumentum ex vi ſemetipſam movendi (vid. Cicer. Tuſcul. quaeſt. I. cap. 23.) duxit Plato; alterum autem inde, quod animus a morbis, quibus corpus ſolum modo obnoxium eſt, liberatur, quae vt alia a Platone in Phaedone propoſita, ſub examen vocata rejiciuntur.

D. Patrik Delany hiſtoriſche Unterſuchung des Lebens und der Regierung Davids. Ueberſezt aus dem Engliſchen 3 Th. in 8. 1749. De-

lanyo homini ingenioſo et ſagaciſſimo, Baylianam impudentem Satiram adverſus Davidem refutare, praecipue in animo fuit. Windhemius in copioſis multisque obſervationibus Delanyi ſententias vel confirmavit vel emendavit v. ephemer. Goett. plag. 99. a 1748. et pl. 37. a 1749.

Göttingiſche philoſophiſche Bibliotheck, worinnen Nachrichten von den neueſten Schrifften der heutigen Weltweiſen, und andern Umſtänden derſelben, wie auch kurze Unterſuchungen mitgetheilt werden VIIII voll. ab a. 1748 - 1757. In hoc opere, quod inſignem adtulit ingenii et eruditionis gloriam, verboſae librorum philoſophicorum cujuscunque fuerint argumenti, perbreues autem mathematicorum, hiſtoricorum et philologicorum a doctoribus perfectorum academicis cenſurae exhibentur. Concinnauit etiam *Windheimius* hiſtoriam ordinum in academiis philoſophicorum et vitas philoſophorum. Quum Erlangae hoc opus continuaret omiſit in inſcriptione vocab. Göttingiſche. In ephemeridibus Gottingenſibus Erlangenſibus Lipſienſibus aliisque litterariis ſumma cuiusque partis indicatur.

Sylloge theſium philoſophicarum.

Conſpectus theſium philoſophicarum 1749.

IIII. Er-

IIII. Erlangenſia.

Vindiciae Pomponatii contra Baylium Progr. ad orat. aditiaiem de vſu ſcholarum contra Hobbeſium. 1750. In ephem. litter. Erlang. hoc et ſcripta indicantur reliqua. *Sendſchreiben an ſeine Zuhörer von der Erleichterung der Erlernung der Morgenländiſchen Sprachen.* in 4. Windheimius ſuaſor eſt, vt ab lingua Arabica diſcenda initium capiant: qua in re autem cl. Michaelem in libro quodam diſſentire meminimus. Interea haud poenitebit huius linguae amantem, componere, quae ill. *Michaelis* ſuper hoc argumento, in libro, *Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet, die ausgeſtorbene Hebräiſche Sprache zu verſtehen,* (Göttingen 1757.) p. 340. diſputat.

Ueberſetzung und Prüfung der freien Unterſuchung von den Wundergaben der chriſtlichen Kirche nach dem Tode der Apoſtel, welche D. Conyers Middleton ans Licht geſtellet hat in 8. 1751. vid. Lipſ. ephem. litter. pl. 79. et Gottingenſ. p. 116. ejusd. an.

Proſtheſis ad rationes revocata diſſ. in Danzianam grammaticam Hebraeam Reſp. S. P. *Hohenberger* eod. anno. Auctor emendat Danzium, ſagaciorem ducem Schultenſium ſequutus, et oſtendens Lamed et Schin in genere, et

Aleph in vocabulo אזקים haud plane abundare, quando praeponuntur. Auctor tamen cenſurae huius diſp. in ephem. Gotting. p. 855. ejusd. anni arbitratur, a *Windhemio* Proſtheſin τȣ̃ Aleph et He non plane negari, praeſertim quum vocabulum a conſona ſiue vocali incipiat, quoniam exempla, quae huc facerent, ab aliis iam excitata et aliis exemplis, in lingua Syriaca et Arabica conſuetis petita haud illuſtrauit.

Othonis Verbrugge, Haga Batavi, obſeruationes philologicae de nominum hebraeorum plurali numero, in quibus varia S. S. loca breviter illuſtrantur. Edit. nov. quam curavit Chriſt. E. a Windheim in 8. 1752.

Bemühungen der Weltweiſen vom Jahr 1700-1750. in 8. Part. XVIII. ab an. 1751-1754. Hoc opus praeſtans oſtendit quaſi faciem philoſophiae et exhibet notitiam philoſophicae hiſtoriae noſtri ſaeculi vberiorem. Continentur excerpta ex libris philoſophicis praecipue exterorum et cenſuras, quas auctor vel ipſe concinnauit, vel ex aliis actis litterariis mutauit. In Lipſienſibus, Goettingenſibus, Erlangenſibus ephemeridibus ſumma cuiuslibet partis indicatur.

Diſſ. *qua litterae epentheticae Hebraeorum ad rationes ſuas reuocantur, illaeque voces, quibus ineſſe putantur, reſoluuntur, variaque loca S. S. V. T. illuſtrantur* Reſp. M. *Rüker* 1753.

Negat,

Negat, Hebraeos vſos eſſe litteris epentheticis, h. e. litteris in mediis vocabulis abundantibus, quae neque radicales neque ſerviles fuerint, atque, vt ſententia eius planius intelligi queat, eius ipſius verba (pag. 5.) excitabimus. In pleriſque, ait, exemplis haec ſigna א, ו, י, ſunt conſonae, et ad radicem vel ſimplicem vel compoſitam, ſeu formam vocis ſpectant, vel ex origine vel per alternationem. Quod ſi eſt, Epentheticae nullo modo dici poſſunt, niſi a recepto terminorum vſu plane recedere velis. In nonnullis exemplis haec ſigna ſunt matres lectionis, relictae vel ex incuria vel ex cautione illorum, qui recentiorum vocalium ſigna noſtro textui appoſuerunt. Si quis litterae א, ו, י, matres lectionis relictas dicere velit Epentheticas, nihil ego impedio. Si vero litterae epentheticae ſunt, quae ſine cauſſa poſitae ſunt, equidem hoc ſenſu eas nego, licet concedam, illi eſſe litteras Epentheticas, qui earum cauſſam ignorat." Tum diligenter perſequitur ſingula loca V. T. vbi haec figura grammatica ab illis animadvertebatur, et Schultenſium plerumque ſequutus a vulgari explicandi via recedit. Quando autem Windhemius arbitratur, Hebraeos veteres loco litterarum vocalium, litteras אוי ſemper vſurpaſſe, et poſtea, quum Puncta reciperentur, maximam partem deleviſſe, de eo auctor Cenſurae in eph. Gotting. p. 247. e. a. ſubdubitat.

 Frag-

Fragmenta hiſtoriae philoſophicae, ſiue commentarii philoſophorum vitas et dogmata illuſtrantes. 8. 1753. Continentur in hoc libello 1) *Ludewig* hiſtoria philoſophiae apud Turcas (Halae 1691.) 2) *J. Andr. Nagelii* de ſtudio philoſophiae graecae inter Arabes (Altorf 1745) 3) *Jac. Schalleri* Ethica Pythagorica (Argent. 1653.) 4) *Georg. Paul. Rötenbeccii* diſſ. de intemperantia philoſophiae ſtoicae (Altorf. 1691.) 5) *Magni Dan. Omeiſii* diſſ. de Stoicorum philoſophia morali ſobria, eorundemque placitis cum Chriſtianiſmo conuenientibus. Altorf. 1699. v. Lipſienſ. Ephemer. p. 96. a. 1754.

Diſſ. *Theſes philologicae ſelectae* 1753. Quaedam vocabula Hebraeorum ſecundum Grammaticam et Etymologiam breviter diiudicantur.

Diſſ. philoſ. qua, *de nonnullis ad doctrinam de permiſſione mali ſpectantibus, et praeſertim de legibus felicitatis a Boeldikio adſertis, diſſeritur* 1753.

Diſſ. *de Dualitatis ratione nominum hebraeorum maxime appellatiuorum.* Reſp. *Harrero* 1754.

Diſſ. *de viribus viuis earumdemque menſura.* Diſſ. Auct. et Reſp. J. C. *Arnold* (qui poſtea munere Profeſſ. phyſices cum laude functus eſt Erlangae,

langae, ſed a. LXV. diem iam obiit ſupremum) 1754.

Richard Pocockes Beſchreibung des Morgenlandes und einiger anderer Länder I Theil von Egypten aus dem Engliſchen II Theil eod. an. III. Theil von den Inſeln des Archipelagus, Klein Aſien, Thracien, Griechenland und einigen andern Theilen von Europa a. 1758. in 4. Opera Windhemii in vertendo hoc illuſtri libro laudatur in Erlangenſibus, Gottingenſibus, Lipſienſibus etc. actis litterariis, verſio tamen non caret omnibus maculis.

Hugonis Grotii Annotationes in N. T. recenſuit et praefatione de Socinianiſmo Hugonis Grotii auxit Chr. Ern. de Windheim T. I. quatuor Euangelia et explicationem Decalogi continens iu 4. 1755. Tom. II. 1757. Errores, quorum cauſſa Socinianiſmi arguitur Grotius, hermeneuticos potius quam Dogmaticos fuiſſe euincit Windheimius et ita adverſariorum ſententias deſtruere ſtudet, vt a veri amore haud recedat ſed maculas quoque Grotianas oſtendat. v. Erlangenſ. ephem. eiusd. an. pag. 40. et Gotting. p. 1331. etc.

Diſſ. *philol. ad caput X. verſ.* 10. *Hoſeae* 1755. reſpond. Laurent. Jo. Jac. *Langio*, qui nunc in Byruthino Gymnaſio litteras orientales et elegantiores cum laude docet. v. Erlang. litter. ac eiusd. an. plag. LII.

Orat. in natalem Sereniſſimae Marggrav. Brandenb. de actionibus liberis moralitatem ſibi inſitam perſpicue loquentibus 1756.

Joh. Jakſon Chronologiſche Alterthümer der älteſten Königreiche vom Anfang der Welt durch fünf Jahrtauſende, aus dem Engliſchen überſezt in 4. 1756. *Jakſon* ſuas habet virtutes ſuaque vitia.

Joh. Lorenz von Mosheim kurze Anweiſung die Gottesgelahrheit vernünftig zu lernen, überſehen und zum Druck befördert durch Chr. Ern. von Windheim 8. 1756. Windheim poſt obitum ſoceri, huius adfectos libros edere inſtituit famaque Moshemii et liberales bibliopolas et emtores cupidos allexit, idem vero his poſthumis accidit, quod omnibus paene libris, parente orbatis, euenire ſolet, praeſertim quum editoris feſtinatio aut negligentia limam addere prohibuerit; hinc factum eſt vt Erneſti in his poſthumis Moshemianis cenſendis varia paſſim in ſua bibliotheca culparet. Quoniam vero ad forum illi pertineant theologicum, titulos tantum deſcribere ſufficiat.

Orat. in Proreſt. Sigillorum Orient. ratio antiqua cum hodierna comparata 1757.

Io. Laur. a Mosheim elementa theologiae dogmaticae in academicis quondam praelectionibus propoſita et demonſtrata, edita a Chriſt. Ern. de Windheim 1758. in 8. recuſ. 1765.

Theſes philoſophiae inaugurales Humio atque Bolingbrokio Deiſtarum recentiſſimorum Coryphaeis oppoſitae Reſp. Cornides Hungaro 1758.

Progr. *nomine acad. in obitum b. Chladenii* 1759.

Joh. Lor. von Mosheim allgemeines Kirchenrecht der Proteſtanten, herausgegeben und mit Anmerkungen verſehen von Chr. Ern. von Windheim. 1760. in 8.

Orat. in Prorect. de ſubſidiis et difficultatibus in addiſcendis antiquitatibus chriſtianis 1760.

Io. Lor. von Mosheim Einleitung in die Sittenlehre der heil. Schrifft. Zum Gebrauch academiſcher Vorleſungen herausgegeben von Chriſt. Ernſt. von Windheim in 8. 1760.

Io. Lor. von Mosheim Einleitung die Wahrheit und Göttlichkeit der chriſtlichen Religion gründlich zu beweiſen, und gegen die Unglaubigen und Deiſten zu vertheidigen, zum Gebrauch academiſcher Vorleſungen herausgegeben von Windheim in 8. 1762.

Jo. Lor. Mosheim Erklärung des erſten Briefs des heil. Apoſtels Pauli an die Gemeinde zu Corinthus, von neuem überſehen und verbeſſert durch —— *Windheim* in 4.

Eiusdem Erklärung des zweyten Briefs Pauli an die Corinther ausgeführt von —— *Windheim* in 4. 1762.

Jo. Laur. von Mosheim Anweiſung erbaulich zu predigen in 8. 1763.

Eiusd. Streittheologie der Chriſten, ausgeführt und mit Anmerkungen verſehen von Joh. Ern. von Windheim III. voll. in 4. 1763 et 1764.

V. Scripta menſtruis libellis inſerta.

a) *Erlangiſchen Anzeigen.*

Von der Erleichterung der Erlernung der Morgenländiſchen Sprachen N. 43. 1750.

Grundriſs einer Ethik der Gelehrten N. 14. 16. 22. 23. 44. 46. 50. a 1757.

Von der Römiſchen Kirchen Zweifelhaftigkeit in ihrem Glaubens-Grunde N. I. 1752.

Die Vielweiberey des Lamech N. II. eiusd. an.

Paſſah das Befreiungs Opfer N. 28. eiusd. an.

b) Ill. *Delii Fränckiſche Sammlungen. Vertheidigung des Duengers aus Eichenlaube* V. vol. p. 337.

Ob die Hühner in der Stadt ſchlechterdings mehr zu erhalten koſten als ſie eintragen. vol. V. p. 442.

c) *Vorrede* zu Jo. Heinr. Ludw. Bergius Kameraliſten Bibliothek 1762.

Parabat praeterea prelo.

Moshemii Collegium Antideiſticum.

——— *Antiquitates Chriſtianas.*

M. CHRI-

M. CHRISTOPHOR. AVGVSTVS BODE,

Profeſſor Publicus ordin. in academia Julio Carolina Helmſtadienſi.

Ortus eſt *Wernigerodae* A. viceſimo ſecundo huius ſaeculi, patre *Albrechtio*, a commiſſionibus comiti Stolbergo-Wernigerodenſi, qui A. MDCCLIV. paene octoginta annos natus debitum naturae reddidit, et matre *Catharina Gertrud* nata *zur Mühlen*, quae quidem iam Anno MDCCXLVI. deceſſit. A quibus vitam accepit, ii etiam in tam laeta ſobole, quippe praeter noſtrum ſex adhuc filios et ſeptem filias genuerunt, omnem diligentiam et operam in formando et poliendo huius filii ingenio poſuerunt, et vt primum aetas puerilis permiſit, eum cum reliquis liberis tradiderunt curae praeceptorum domeſticorum, vt liberi et ſeuera et liberaliori vterentur educatione quamquam eo tempore ſchola patria, Rectore Schützio, Altonam poſtea euocato, floruit. A. tamen MDCCXXXIX. ſequutus praeceptorem ſuum quem vltimum habuit, et famam Steinmezii Abbatis coenobii Bergenſis prope Magdeburgum Bergam ſeceſſit, in quo inſtituto ſcholaſtico praeſtantiſſimos habuit praeceptores; et in lingua latina, graeca, italica, anglica, in omnibusque doctrinis pubi ſcholaſticae neceſſariis optimos

optimos fecit progreſſus. Ipſe Abbas Steinmezius, vir et vita integra et eruditione multa adhuc poſt fata inclutus, ſelecto numero praeceptorum et diſcipulorum inter quos et Bodius fuit Cantica Davidis tum explicauit, et *Hahnius*, qui nunc ſummus praeſul huius coenobii eſt, maxima cum laude mathemata docuit. Noſter igitur vltra triennium hic commoratus, oratione latina *de ſocietatibus huius ſaeculi notabilioribus* habita, ſcholae vale dixit, et Anno MDCCXXXXI. Halam contendit, a prorectore *Wolſio* et Decano ordinis philoſophorum *Straehlero* in numerum ſtudioſorum receptus. Amore autem litterarum, quae ab oriente nomen habent, illectus, cognitis philoſophorum et mathematicorum et theologorum praeceptis totum ſe contulit ad philologiae ſacrae et orientalis magiſtros, inprimisque eos, qui tum principes numerabantur, vtrumque *Michaelem* patrem, qui ante aliquot annos vita defunctus eſt, et filium Goettingenſis nunc academiae ornamentum atque *Stiebritzium*. Quum magna autem ſemper eſſet Lipſienſis academiae, almae matris et nutricis bonorum ingeniorum, per totum prope orbem fama, eoque ex omnibus partibus confluere ſoleat iuuentus litteris vacans; hac fama incenſus *Bodius* MDCCXXXXVI. conſentiente parente Lipſiam ſe confert, nec ſe ſpe atque opinione, quod quidem in academiis, fama, ab imperitis plerumque commota, mendace,

dace, haud raro fieri ſolet, deiectum videbat. *Hebenſtreitio*, quo rectore academiae nomen dedit, in chaldaicis, ſyriacis, rabbinicis atque arabicis vſus eſt praeceptore. *Hartenſtein* artium tunc temporis doctor priuatiſſimis ſcholis linguam Samaritanam, et *Muellerus* quidam ſtudioſus, qui plurimas linguas et orientis et occidentis probe calluit, in priuatiſſimis item ſcholis aethiopicam et perſicam docuerunt. Duce denique et cenſore *Tellero* in aede diuo Thomae dedicata, pro roſtris ſacris ſaepe verba fecit. Illo etiam tempore in *Wollii* notitiam et prope familiaritatem peruenit, quae ipſi vnice fuit vtilis quum ſemper pateret aditus, quando lubuit, ad bibliothecam huius ampliſſimam. Per id igitur temporis, vnius anni et ſex menſium, quod Lipſiae in litteris conſumſit, nihil intactum reliquit, quod vel confirmare poſſet amorem notitiae librariae, vel adiuuare atque amplificare eam, in qua inprimis elaborabat, ſcientiam, vel acuere ingenium.

Ita ergo excultus ac locupletatus omni cum neceſſaria tum eleganti doctrina, quae futurum doctorem academicum a vulgo ſecerneret, A. MDCCXXXXVII. Halam rediit, et habita diſputatione a D. *Michaele*, hoſpite ſuo, laurea philoſophica ornatus, ſcholas aperuit et philologicas et exegeticas; nec defuit ingens ciuium academicorum, quum maxime hiſtoriam cruciatuum et interitus ſoteros noſtri enarraret,

plauſus

plauſus, qui quamquam, ſi vſu docti verum dicemus, non ſemper exhibet argumentum doctrinae et eruditionis verae firmiſſimum.

Vltra biennium quum Halae degeret, Helmſtadium demigrauit, ibique domicilium conſtituit, quod cum haec vrbs patriae ſuae fuit propior, tum maxime ſpem quandam certae fortunae concipere potuit. Diſputatione igitur more maiorum pro facultate docendi ventilata, ciuibus illius muſarum ſedis copiam ſui fecit. Atque quum cebro eluceret eius doctrina, non ſolum ad illum audiendum confluebat multitudo ciuium Helmſtadienſium, philologiae ſacrae cupidorum, ſed etiam Sereniſſimus nutritor A. MDCCLIV. numero profeſſorum extraordinariorum adſcriptum voluit, quum iam magna ſpes eſſet, fore vt, quum *Millerus*, qui Goettingam nunc ornat, Halam abiret, ſcholae ſenatoriae Helmſtadienſi rector praeficeretur. Nouum munus oratione ſollemni, praemiſſa quadam proluſione, auſpicanti ſtimulos addidit plauſus ciuium quam maxime in ſcholis publicis, vbi prouerbia Salomonis interpretatus eſt. Interea a. CIϽIϽCCLV. filiam natu minimam M. Jo. Fridr. *Witzlebenii*, praeconis olim verbi Diuini Nahmdorfii prope Querfurthum, *Chriſtian. Sophiam Eliſabetham*, quae poſt patris obitum in aedibus D. *Krügeri*, Profeſſoris quondam Helmſtadienſis, neceſſarii ſui habitabat, matrimonio ſecum iunxit.

Etiamſi

Etiamſi orientem accuratius noſceret, quam multi, qui magno cum ſtrepitu illius ſe linguas profiteri iactitant, ingens tamen omnium linguarum orientalium, quarum vtilitatem in litteris ſacris explicandis probe perſpexerat, cognoſcendarum amor eum permouit, vt Armenicae, Turcicae et Copticae addiſcendarum mira inuaderet lubido, perlectis quibusdam libellis, in quibus earum praeſtantia valde commendabatur. Quare A. MDCCLVI. horas ſubſeciuas in duabus illis prioribus pernoſcendis, nullo viuo praeceptore praeeunte, libenter conſumere coepit, atque ſua ipſius pertinaci induſtria adeo celeres in his fecit progreſſus, vt eodem anno ſpecimen armenicum et turcicum ederet, quamquam vir quidam doctus in ephem. litterariis Goetting. plag. 153. a. LVII. p. 1443. recte beneque iudicauit, vix fieri potuiſſe vt in tanta temporis breuitate perfecta linguae Armenicae cognitio ad maturitatem peruenire potuerit, atque auctorem prudentius egiſſe, ſi immaturum ingenii foetum diutius retinuiſſet. Quicquid eſt, laudabili hoc induſtriae ſpecimine non ſolum principi ſuo sereniſſimo, qui A. MDCCLX. annuum ei quoddam ſalarium numerari iuſſit, ſed etiam orbi litterario ſe probauit. Contigerat enim A. MDCCLXIII. vt magna ſpes adfulgeret, in vicina quadam academia muneris linguarum orientalium docendarum adipiſcendi, nec ſequi noluit vocationem;

ſed renuit voluntas ſui principis, qui non ſolum honorem munusque profeſſoris ordinarii philoſophiae, aucto annuo ſalario in eum deferret, ſed etiam, quum *Bodius* proluſionem ſuam inuitatoriam principi mitteret, et pro inſigni clementia gratias ageret, ſua ipſius manu (rariſſimum quidem eoque honorificentius exemplum) ad eum ſcriberet.

Bodium ſupra diximus cupiditate flagraſſe linguae etiam Copticae perdiſcendae. Sitim igitur iam diu conceptam vt ſedaret, omnibus remediis deſtitutus, *Kircheri* enim liber valde rudis eſt et mancus; *Jablonskium*, profeſſorem olim in academia Viadrina, et virum, vt omnium litterarum orientalium, ita et Copticarum peritiſſimum litteris adiit, humaniſſime rogans, vt viam ſibi ſterneret ad Coptorum linguam intelligendam, ſed neſcio quo fato illuſum ſe et deſtitutum videbat. Quare in tantis tenebris, quum ducem nullum inueniret idoneum, non auſus eſt aliquid luci publicae exponere. Sat multa tamen edidit ſcripta, quae miram induſtriam et adſiduitatem et linguarum peritiam abunde teſtantur; quae quidem plures admiratores reperirent, pluresque ad parem diligentiam excitarent, ſi noſter libris ſuis maiorem orationis ſubtilitatem, plus elegantiae atque vrbanitatis et venuſtatis ſanguine ſuccoque plenae adtuliſſet, eosque adfluentia quadam et ſuauitate, quae ſatietati occurreret, quaſi condiuiſſet,

diuiſſet, id quod etiam auctores ephemeridum litterarum Halenſium (plag. 47 a. XXXXXVI.) iudicant *). Pauci vero ſunt orientalium litterarum doctores, qui amoenitate et vbertate ingenii Lawthium et Michaelem aequent. Suo hi exemplo docent multitudine vocabulorum aliisque, quas ſibi imaginantur, difficultatibus animi aciem haud hebetari. In tam autem ieiuno litterarum genere, quod quidem plerisque harum deliciarum expertibus videtur, rei grauitati vrbanitas quaedam et ſuauitas ſtili adiungi, per totamque orationem humanitas illa, ille lepor et atticum dicendi genus, quod Cicero in oratore ſuo inſigniter laudat, effuſa comparere debent.

Diſſ. inauguralis, *qua de primaeua linguae hebraeae antiquitate probabiliter diſſeritur* — *praeſide D. C. B. Michaelis* --- --- pro impetrandis Magiſtri philoſophiae et artium honoribus ad diem XI. Octobr. CIↃIↃCCXXXVII.

Euangelium ſecundum Matthaeum ex verſione Aethiopici interpretis in bibliis polyglottis Anglicanis editum cumgraeco ipſius fonte ſtudioſe contulit, atque plurimis tam exegeticis, quam philologicis obſeruationibus textum partim, partim verſionem illuſtrauit Auctor *C. A. Bode.* Prae-

*) Ita enim ſentiunt Wenn Herr B. die Trockenheit mehr vermeiden könnte, ſo würden ihn auch andere mit Vergnügen leſen.

Praefatus eſt D. C. B. *Michaelis - - de verſione Aethiopica N. T. generatim.* Halae Magdeb. in officina libr. Baueriam. a. XXXXXVIIII. in 4. laudatur in ephem. Nr. 89. Lipſ. a. XXXXXVIIII.

Ex libro Geneſeos. cap. I. com. I. *ex conſilio fontium et interpunctionis authenticae, nec non verſionum praecipuarum tam orientalium quam occidentalium maximam partem in bibliis polyglottis Anglicanis obuiarum interpretatio* --- Reſp. *G. H. Weigelio* Steimia - Brunſuicenſi, Helmſtad. a. XXXXXVIIII.

In ephemerid. litterar. Gotting. plag. 126. p. 1008. a. CIↃCCL. iudicatur de hoc libello: maximam huius partem abundare interpretationibus vocabulorum in hoc commate obuiorum ex aliis linguis cognatis collectis, quae vero ad illuſtrandum dictum pertineant, ea, pauca eſſe et vulgaria; auctorem quidem adfirmare, ſe propter temporis anguſtiam, vt ſingularia non proferret, coactum eſſe, melius autem feciſſe, ſi ab his, et quae vtiliora ſcitu viderentur, incepiſſet.

Euangelium ſecundum Matthaeum ex verſione Perſici interpretis in bibliis polyglottis Anglicanis editum ex Perſico idiomate in latinum tranſtulit, ſimulque de Perſica IIII. Euangeliorum verſione generatim praefatus eſt --- *Bode.* Helmſtad. Proſtat in officina librar. Meiſneri Biblop. Guelpherbyt. a. L. in 4. Duplicem extare verſionem Perſicam, obſeruat doctiſſimus *Bode*, ex

Syriaca

Syriaca deſumtam, eamque liberam eſſe et inſtar paraphraſeos.

Euangelium ſecundum Marcum ex verſione perſici interpretis - tranſtulit ſimulque annotationum Perſicam verſionem illuſtrantium vicem praefando expleuit --- Bodius in 4.

In praefatione ſunt ex Perſica verſione variae lectiones excerptae, quarum paene centum *Millius* intactas reliquit, aut male intellexit, ex quo quam vtilis ſit et iucundus critico N. T. interpreti hic labor, hariolari licet; id quod etiam cenſor huius libelli in ephem. Gottingenſ. p. 197. a. LI. iudicauit, qui praeter ea excitat *Bodium*, in lingua Perſica verſatiſſimum, vt exemplis facilioribus priſtinae linguae Perſicae cum noſtra Teutonica ſimilitudinem, de qua *Wachter* in Prolegomenis ad Gloſſarium ſuum egit, oſtendat, facemque praeferat hiſtoriae peritis ad cauſſam huius cognationis inquirendam et illuſtrandam, id quod poſtea praeſtitit.

Euangelium ſecundum Lucam ex verſione Perſici interpretis --- tranſtulit, ſimulque expleuit — Bodius a. LI. in 4.

Diligentiam *Bodii* et vtilitatem huius laboris laudat cenſor in ephem. litter. Gotting. pag. 398. eiusd. an. In praefatione *Bode* ſiluam dat variarum lectionum ex Perſica hac verſione, tum quasdam interpretationes diiudicat, quas modo laudat, modo reiicit.

Euangelium ſecundum Joannem ex verſione Perſici interpretis --- tranſtulit praefandoque partim adnotationum et Matthaei et Joannis Euangeliorum Perſicam verſionum illuſtrantium vicem expleuit, partim de inſigni linguae Perſicae cum Germanica harmonia diſſeruit --- Bode a. LI.

Ex praefatione excernemus, quae in actis litterar. Gotting. pag. 743. e. a. prolata ſunt, nec patriae linguae amantibus iniucunda fore arbitramur. Inſtituit vero *Bode* comparationem vocabulorum Perſicorum cum Teutonicis e. g. Aſchuſch, *der Schoos*; Baba, *Vater*; amichten, *miſchen*; Borader, *Bruder*; Borg, *Burg*; borden, *tragen*, ſiue in dialecto Saxoniae inferioris *boeren*; Barg, *Berg*; Pader, *Vater*; Bund, *das Band*; Tachten, *ein Dacht dreben*; Dogter, *Tochter*; Tonder, *Donner*; churd, *kurz*, ſiue, vti Saxones inferiores pronunciant, *kort*; diriden, *zerreiſſen*; apud Saxones inferiores, *territen*, Dorug, *Trug*; Zarm, *Zähre*; Sazden, *ſetzen*; gharm, *warm* (priſtini enim maiores noſtri G. et W. crebro permutarunt,) Ghorm, *Gram*; kal, *kahl*; Mader, *Mutter*; ehis, *Meſſing*; Muſch, *Maus*; Nam, *Nahme*; Namwar, *Nahmbar*; Nau, *neu*; Nuh, *neune*; neh; Nein; Niſt, nein, aut more Saxonum inferiorum *Niſt*; Henc, *Henker*; Gclim, *Leim* etc. Poſtquam, centum et quinquaginta protulit exempla, oſtendit inſignem ſimilitudinem, quam in Grammatica et flexionibus duae illae linguae inter ſe habent.

Euan-

Euangelium ſecundum Marcum ex verſione Arabici interpretis a Th. Erpenio editum ex Arabica lingua in latinum tranſtulit — *Bode.* Lemgouiae a. LII. in 4.

Nouum Dom. noſtri J. C. teſtamentum ex verſione Aethiopici interpretis in bibliis polyglottis Anglicanis editum ex Aethiopica lingua in latinum tranſtulit — *Bode Tom. I.* quatuor Euangelia continens. Brunſwig. a. LIII. in 4. *Tom. II.* Acta Apoſtolorum, Epiſtolas apoſtolicas et Apocalypſin Joanneam continens. vid. Gotting. ephem. Litt. p. 1403. a. LV.

De primaria radicum hebraearum ſignificatione ex dialectis orientalibus et maxime quidem Arabica feliciter eruenda, commentatio, quum Lingg. OO. profeſſionem publ. extraordin. — auſpicaretur edidit, ſimulque — lectionum recenſionem adiecit. C. A. *Bode.* Helmſtad. CIↃIↃCCLIIII. in 4.

Fragmenta Vet. Teſt. ex verſione Aethiopici interpretis, vt et alia quaedam opuſcula Aethiopica. Ex Aethiopica lingua in Latinam tranſtulit, eaque cum praefatione nunc demum edita ad N. T. Aethiopici Latinam translationem antehac iam editam appendicis inſtar addidit Bodius. Guelpherb. in officina Meisneriana. in 4. a. LV.

Fragmenta autem ſunt, 1) quatuor priora capita Geneſeos. 2) Exod. XV, 1-19. 3) Deuteron. XXXII, 1-43. 4) liber Ruth. 5) oratio Hannae 1 Samuel. II, 1-18. 6) Canticum Salomo-

lomonis 7) Jeſ. XXVI, 9-20. 8) Jeſ. XXXVIII, 10-20. 9) Jeſ. LXVI, 1-7. 10) Joel. 11) Jonas. 12) Habacuc III, 2-19. 13) Zephanias. 14) Malachias. E libris apocryphis 15) oratio Aſariae, 16) Oratio trium virorum in fornace ignea. 17) preces Manaſſe, vna cum aliis precibus, aenigmatibus, prouerbiis etc. Habeſſinorum. Sed cenſor in ephem. Goetting. litter. pl. 153. pag. 1407. a. LV. varia adverſus interpretationem pariter atque praefationem docte monet.

Quatuor prima capita Euangelii Matthaei vna cum oratione Dominica cap. VI, 9-13. ex verſione Armenici interpretis Amſtel. MDCXCIIX. edita, ex Armenica lingua in Latinam tranſtulit, notas quasdam philologicas ſubiunxit et tam de Lingua quam verſione ſacra Armenica generatim praefatus eſt --- *Bode* Halae Sax. apud Hemmerde a LVI. 4.

Minime probatur hoc opuſculum a Cenſore in actis litterariis Gotting. a. LVII. pag. 1442, quod partim haec particula nullum vſum ſpondet critico ſacro, partim auctor, nondum ſatis perſpecta et cognita lingua Armenica, edendo hoc ſpecimine qualicunque nimium feſtinauit. Praefatio tamen, in qua Bode hiſtoriolam quandam fatorum linguae huius concinnauit, laudem meretur, et commendatur a cenſore ephem. Lipſienſ. n. 35. a. LVII.

Duo prima capita Euangel. ſecundum Matthaeum cum oratione Dominica cap. VI. v. 9-13. et

et pericopa pentecoſtali Act. II, 1 - 13. *ex verſione Turcici interpretis Oxon. MDCLXVI. edita ex Turcico in Latinum tranſtulit, LXXX prouerbia Turcica Latine ſubiunxit, atque tam de Turcicae Linguae origine, natura, elegantiis, vſibus ſpeciatim in explicandis aulicis, aliisque nominibus et quibuscunque librorum ſubſidiis, quam de hoc ſpecimine Turcico praefatus eſt C. A. Bode.* Bremae proſtat in bibliopolio Rumpiano a. LVI. in 4.

Verſio horum paucorum capitum, quin totius N. T. critico aut interpreti ſacro nullam plane praeſtat vtilitatem, quum Turcica verſio ſit recentiſſima, ex ſententia acuti Cenſoris huius libelli in ephem. litter. Gotting. a. LVI. p. 1445. qui etiam eam vtilitatem huius linguae, quae *Bodio* in illa ineſſe videtur, et praeter alia nimiam feſtinationem acerbe vituperat. Ne nos *Bodium* vir. doctum laceſſituri, ab omnique partium ſtudio haud abeſſe videamur, ipſa vltima ſagacis cenſoris verba adſcribere malo: Von der Ueberſetzung der Bibel giebt Herr Prof. B. Seite 25. einige Nachricht. Von ſich ſelbſt erzählt er, daſs er einige Monathe vorhero das Türkiſche aus drey Grammatiken zu lernen angefangen. die vier erſten Capitel des erſten B. Moſis, und etwas im N. T. durchgeleſen habe; ferner daſs er zwey Exemplarien des N. T. bey der Hand gehabt, die, (ſo wie wir es verſtehen) beyde gedruckt und von ei-

ner edition ſind. Von dieſen bemerkt er, ſie hätten mit einander übereingeſtimmt: (uns nähme es Wunder, wenn zwey gedruckte Exemplare Einer edition das nicht thäten.) 2) Das eine habe Clodius dreymahl durchgeleſen, und der Band ſey davon ſchadhaft geworden. Solche Kleinigkeiten würden wir nicht wiederholen, wenn wir nicht dabey eine ernſthafte Bitte an Herrn Prof. B. hätten. Er giebt dieſe und einige andere ihr ähnliche Arbeiten beſcheiden und der Wahrheit gemäſs für bloſſe Proben eines Anfängers aus; allein die gelehrte Welt verlangt keine Exercitia, ſondern ausgearbeitete Schriften. Jene ſind wider den Reſpect, den er ihr, vnd den er ſich ſchuldig iſt. Sie würde ihm danken, wenn er ihr von ſolchen Sprachen Nachricht gäbe, nachdem er ſie hinlängliche Zeit gekannt hätte, und bey nützlichen Ueberſetzungen wird ſie wünſchen, ſich auf den Ueberſetzer verlaſſen zu können. Indeſſen verdient ſeine Aufrichtigkeit Dank, nicht aber ſeine Eile.„ vid. etiam Lipſienſes ephem. litter. pag. 275. a. LVII. vbi *Bode* valde laudatur.

De Goele viuo ad Job. XVIIII, 25. Commentatio, qua Paſchae ſacra ſolemnia A. R. S. MDCCLVII. pie concelebranda indicunt Prorector et Senatus acad. Iuliae Carolinae. Helmſtad. vid. Lipſienſ. ephem. pag. 268. a. LVIII.

De

De Spiritu ſancto dei digito Commentatio, qua pentecoſtalia ſacra ſolemnia A. R. S. MDCCLIIX. ſancte celebranda indixerunt — — vid. Lipſ. ephem. pag. 430. e. a.

De laetiſſima reſurrectionis ſpe certiſſima, vt contra dolores ex piorum obitu, anodino optimo, ad 1 Theſſ. IIII, 13. Comment. Memoria J. G. *Krügeri* Brunſw. die VI. Oct. CIƆIƆCCLVIIII. praematura morte extincti a pie defuncti cognato et amico C. A. *Bode*. Helmſtad. 4.

Sacerdotalem D. N. J. C. orationem Euangelii Joannis cap. XVII. *integro comprehenſam ex verſionibus praecipuis orientalibus videlicet Syriaca, Arabica triplici, Polyglotta Erpeniana et Romana, Perſica duplici Polyglotta et Weldociana, Aethiopica et Armenica cum Graeco earundem fonte collatis, philologice et critice* illuſtravit *C. A. Bode* Helmſt. in 4. CIƆIƆCCLXII.

Protéuangelium Gen. III, 15. ex verſionibus antiquiſſimis orientalibus et occidentalibus cum textu ſacro originali collatis illuſtratum, quum philoſophiae profeſſionem ordinariam in Acad. Jul. Car. capeſſeret, vna cum praelectionibus ſuis hibernis A. CIƆIƆCCLXIII. praemiſit C. A. *Bode* Helmſtad. v. Lipſ. ephemer. h. an.

De bonis angelis Dei filiis Commentatio: Program. S. Archangeli Michaelis feſto A. R. S. CIƆIƆCCLXIIII. — — p. p. Laudatur in Erlangenſ. ephem. litter. a. LXV. et Halenſ. n. 47. a. LXVI.

Ad doxologiam angelicam Luc. II, 14. Comment.Progr.D.N.J.C. die natali a. CIϽIϽCC XIIII —— p. p.

Laudatur in act. litter. citatis.

De Spiritu dei, actis dei filiis ad Rom. VIII, 14. laudatur in ephem. litter. Halenſ. memor. Praeterea *Bodii* ſtudium et quosdam libros laudarunt *Baumgarten* in Nachrichten von einer Hälliſchen Bibliothek. IIII. vol. Part. I. pag. 79. idem in Nachrichten von merkwürdigen Büchern. vol. VI. part. 36. pag. 539. *Michaelis* in Einleitung in die göttlichen Schriften des neuen Bundes pag. 227. 228. edit. prior. *Knoch* in hiſtoriſch critiſche Nachrichten von der anſehnlichen Bibelſammlung zu Braunſchweig. 8. partic. p. 643. 644. J. D. *Wincler* in animadverſ. philolog. et critic. ad varia ſacri codicis vtriusque foederis loca P. I. pag. 115. 171. etc.

Pſeudo-Critica Millio-Bengeliana, ſiue tractatus Criticus, quae verſionum ſacrarum orientalium, Syriacae, Arabicarum, Polyglottae, Erpenianae et Romanae, Perſicarum, Polyglottae, Erpenianae, Perſicarum, Polyglottae et Whelocianae, Aethiopicae et Armenicae allegationes pro variis N. T. Graeci lectionibus a Jo. Millio et Jo. Alb. Bengelio fruſtra factae plene recenſentur, refutantur et eliminantur inſertis earumdem verſionum veris allegationibus: Edidit *Chriſtoph. Auguſt Bode* —. Tomus Primus SS. IV. Evangelia continens. in 8. Halae Saxon. CIϽIϽCCLXVII.

Cl.

Cl. Bode in lectionibus variis, quas Millius et Bengel non ſine laude et inſigni vtilitate collegerant, plura peccata, et praecipue in iis, quas e verſionibus antiquis excerpſerant; duo animadvertit capitalia, quorum primum eſt, quod has, vbi neceſſitas exegerat, non conſuluerunt, alterum eſt quod, vbi aut aliter procedere debuerunt, aut ſine vlla neceſſitate excitarant, falſo aut temerarie fruſtrum id fecerunt: quibus Bode in hoc libro Criticis ſacris plane neceſſario et cum ſumma induſtria conſcripto mederi ſtuduit. vid. ephemer. Halenſ. pl. LI. pag. 405. hui an.

JOH. DANIEL SCHOEPFLIN,

A. A. M. et Profeſſor Eloquentiae in academia Argentoratenſi; Regi Galliarum a conſiliis, Franciae Hiſtoriographus, Honorarius praeſes academiae doctrinarum Manhemianae et Collega ſocietatum Londinenſis, Cortonenſis, Petropolitanae et regiae Inſcriptionum Pariſienſis *).

Schoepflinus, cuius vitae enarratio huic volumini ornamento erit inſigni et commendationi,

*) Admodum nuper ill. *Fridr. Dominic. Ring*, Seren. principi Marchionis Bada - Durlac. a conſiliis aulae dignus diſciplinae Schoepflinianae alumnus edidit vitam Schoepflini - Carlsruh 1767. in 8. elegantiſſi-

tioni, immenſa ſua eruditione et doctrina, ingenii et morum elegantiâ atque amoenitate, vrbanitate vitae et conſuetudinis venuſta, concinna, dicendi et ſcribendi ratione, et haud paucis libris cum mole tum a gumento, quod ſibi pertractandum ſemper delegerat, praeſtantibus; auxilio denique quod vacillanti Academiae Argentoratenſi, cuius fultura fuit, praeſtitit, non apud ſuos ſolum et Germanos, ſed etiam apud exteros, quin principes et dominos terrarum, quibus iucundus eſt, multum gratiae et magnam famam conſequutus eſt. Siue enim conſideres eum res curantem domeſticas, ſiue qua humanitate et comitate vtatur erga hoſpites, peregrinos et litterarum amantes, ſiue in cathedra docentem, ſiue libros concinnantem, ſiue peregrinantem et verſantem cum viris magni nominis et cum principibus, ſemper admiraberis ingenium *Schoepflini*. En *Schoepflini* imaginem, quam vt plures referrent, eſſet optandum! De valetudine, vt cum illuſtri *Ringio* in libro infra memorato p. 69. loquar, quam nec anxie curat nec incurius vnquam neglexit, bis tamen A. MDCCXXXIII. et decennio poſt ita periclitatus eſt, vt mortuum, qui viuit adhuc et bene valet, iam ante hos ſex et triginta annos carmine ploraret, qui tum Argentorati degebat,

gantiſſime conſcriptam, quem adeo preſſe ſequuti ſumus, vt eum loquentem ſaepiuſcule faceremus, quod vir humaniſſimus nobis ignoſcet.

degebat, bonus *Trillerus* nec, vt ſumus amantes liberorum noſtrorum, temperare ſibi potuerit, quin ſuae Carminum, vernaculo idiomate conſcriptorum, collectioni illud Epicedium infereret. Coelibem vitam cum egerit ſemper, domeſticam rem omnem Soror curat, menſam nec parcus nec prodigus frugalem inſtruit, ad quam liberaliter omnes admittit, quibus vel amicis frui, vel indigis benefacere vult, laetus ipſe conuiuis hoſpes; multi cibi inter prandendum, multi ſermonis et iucundiſſimi colloquii; incoenatus cubitum ire longo abhinc tempore conſueuit, hancque, quam ſibi praeſcripſit legem, vbicunque et apud quoscunque ſit, nunquam transgreditur. Saepius tamen domo abeſt ipſe, et procerum menſis ac conuiuiis optatus et expetitus hoſpes intereſt. Elegantiam non affectat, ſed exprimit vultu, geſtu, inceſſu, moribus ad illam longo cultiſſimorum hominum vſu formatis. In omni vitae uſu ſingulare, tetrum et deforme nihil in eo deprehendes; vitam, quae reddant iucundiorem beatioremque omnia; aditu facilis eſt, dictu affabilis; ſi quos iuuare poteſt, ſi quos errantes in viam reducere, ſi quid boni promouere, totus in eo eſt et indefeſſus; prudens tamen et tempori ſeruiens; nullis affectibus, niſi illis, qui ex bene faciendo naſcuntur, obnoxius unquam, laetus ſcilicet et hilaris, ſi quem ſuo conſilio, ſuis rebus, ſuo exemplo iuuit; ſi quem

quem contra ingratum aut inurbanum, vt ſolet fieri, expertus eſt, dolet, nec tamen male collocati vel beneficii vel opis vel conſilii eum poenitet. In omni vita purus, in omni colloquio decens, in omni hominum conſortio blandus, vt non inter libros ſed inter homines adoleuiſſe vitamque exegiſſe credideris. Boni verique cultor perpetuus, ingenuus in probando et reprobando, apertus in enuncianda animi ſententia, prouidus in cauendo, ne literae ob literatos habeantur contemtui, nunquam certe propter illum contemtae. Principibus viris carus et optatus, aequalibus, ſine ſtrepitu, ſine faſtu, a quo in omni vita abhorruit, aequalis, inferioribus et imis placidus et ſerenus, omnibus venerandus; nulli non verbis honorum et externa morum elegantia commendatus, nulli non talis, quales eſſe omnes optamus, pauci ſumus.

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui

vt cecinit Horatius: ſed Muſa quoque dedit *Schoepflino*. qui prouinciam, qua in academia fungitur, ornat quam optime. Perfectum enim illum eſſe oratorem dum dixero, ſatis me dixiſſe arbitror quod efficaciſſimum ſit ad memoriam immortalitati tradendam. Quantam autem habet eloquentiam in inuenienda, componenda amplificandaque oratione, tanta etiam pollet eloquentia corporis, cui Demoſthenes

non

non ſine cauſſa tribuit et primas et ſecundas et tertias. Atque, quum *Ringius* ipſum ſaepius audiret dicentem, virum hunc doctiſſimum iterum loquentem faciam: ita autem pag. 24. „Non alienum ait, videtur hoc loco docere, qualis ille corporis habitu ſit, quem ex parte ingenii iam noſſe coepimus, quemque tantus et mirus omnium conſenſus exterum ad publicam Eloquentiae cathedram vocauerat; corporis enim, quam vocant Eloquentia quantum ſaepe valeat ad animos hominum mouendos, norunt qui nihil norunt. Vidi ipſe ego, non incurioſus olim, quae alibi gerebantur, ſpectator, vidi, inquam, non raro contortum multorum, qui ſe oratores dicerent, corporis habitum, morum ruſticitatem et inurbanum hominem ubique prodentem; audiui illos, quae rudi plerumque Minerua in chartam coniecerant, rudi et rauca voce proiicere nauſeamque creare ſapientioribus; et tum *Schoepflinum* meum mihi ſiſtere in ſplendidiſſima Auditorum, Regum et regno proximorum, Ducum, Principum,Comitum, ſummorum belli pacisque adminiſtratorum, omnis ordinis Sapientum corona, vt auguſtius quid non vsquam videas, e cathedra ſurgentem primoque aſpectu nulli non ea promittentem, quae praeſtiturus exſurrexerat. Dedit ei natura, in illo ad eloquentiam formando, quid ipſa poſſit, experta, corpus vltra communem menſuram procerum et erectum,

ctum, addidit, multo cultiſſimorum hominum vſu non parum adiuta, vultum ingenuum, ſuavitatem oris ſummam, cum decoro et habitu corporis eo, qui nec Senem vnquam diſtituit coniunctam, vt nihil ſupra dici poſſit, geſticulationem vero et vocis modulationem eam, vt rapere in conſenſum non poſſet non candor et ſerenitas Viri boni, dicendi periti. Prouoco ſecurus iudicii mei ad illos omnes, quibus vnquam Os illud Eloquentiae intueri auribusque aurea dicta excipere licuit; non ex ſchedis praelecta, ſed ex memoria ſemper et tum quoque recitata, cum deſtituiſſe dudum Senem hanc mentis facultatem credideris.„

Bibliothecam habet ſplendidam et magnam et praeſtantiſſimis operibus, quae partim a ſummis viris donata acceperat, partim in itineribus et domi cum magno pretio emta collegerat, repletam; ſed adeo ordine poſitam, vt vel peregrinus, ſi ſemel tantum eam inuiſerit, quem optat librum, facile inuenire poſſit. Atqui de praeſtantia et multitudine audiamus ill. *Ringium* pag. 52. diſſerentem: huic parem, inquit in hiſtorico ſtudiorum genere apud priuatum nullibi nec ego vidi, qui multas vidi, nec facile viderit quisquam eamque cum Manuſcriptis, Inſcriptionibus, Signis, Sigillis, Vaſis, Inſtrumentis veterum ſacris et domeſticis, Numis, omnique illa, quam in itineribus ſedulus, curioſus et felix collegerat, ſupellectile rite

diſpo-

diſpoſitis exterorum et indigenarum vſui vt patere poſſet, effecit obtinuitque, vt quae ſparſa per Alſatiam in finibus reppererat Inſcriptionum, Statuarumque et Marmorum monumenta in aedium ſuarum veſtibulo congeſta vetus aliquod Latium intranti offerrent. Hactenus vir ille illuſtris. Cuilibet ipſi noto aditus ad eam patet, et quam eam iam viuus publico deſtinauit vſui, et eam quoque poſt mortem bonae Mentis ſacrarium eſſe voluit. Anno iam CIƆIƆCCXXIIII. *) omnem ſuum librorum adparatum cum Manuſcriptis codicibus, cum Lario, Numophylacio, Marmorio, Vaſario, quorum maximam partem in Italia collegerat, vna cum omnibus monumentis veteribus, quae in Alſatia et apud vicinos inuenit, congeſſit, Argentoratenſi ciuitati obtulit in donum ſine addita alia conditione, quam vt omnia conſeruentur, augeantur ſemperque pateant litteratis, inquilinis et exteris, vti hactenus patuerunt. Ciuitas donum accepit annuumque centum Ludouicianorum aureorum donum donatori viciſſim obtulit. Res in ſolenni magiſtratus conſeſſu tractata, ad quem eum inuitarunt Patres Conſcripti. Hos ille collocutus eſt oratione, qua conſtantem Senatus Argentoratenſis in litteras, a prima earum reſtauratione, et in litteratos fauorem, atque adeo Argentinam doctam publice

*) vid. ill. *Ring.* libr. excit. pag. 66.

blice laudauit, omnibus benignitatis teſtimoniis a conſeſſu dimiſſus.

At enim, vt *Schoepflinum* in litteris quaſi creſcentem et ad faſtigium honoris et eruditionis, quod nunc occupatum tenet ſubinde pervenientem, propius cognoſcamus, a prima infantia ordiamur.

Natus eſt d. VIII. iduum Septembr. anni ſuperioris ſaeculi vltra nonageſimum quartum Sulzburgi, quod oppidum eſt Marchionatus Bada Durlacenſis ſuperioris: hinc natus cum illo in domum hanc Sereniſſimam amor et adfectus, quem tum aliis documentis, tum praecipue ſcripta nuper Zaringo Badenſi hiſtoria teſtatus eſt, et itinere quotannis ad aulam Principis repetendo teſtatur adhucdum. Patre vſus eſt *Joh. Daniele*, tum quum naſceretur filius, in miniſterio Principis Bada Durlacenſis verſantem, poſtero vero tempore Richovillam, in ſuperiori Alſatia, translatum, vt huic Dynaſtiae et Horburgenſi comitatui a conſiliis ſacris eſſet, vbi etiam vitam cum morte commutauit. Mater autem fuit *Anna Margaretha* Bardollia, quae filio a. XXI. munus Profeſſoris capeſſente, adhuc ſuperſtes erat, de adfulgente fortuna filii inclareſcentis laetiſſima.

Parentes autem mature miſerunt eum Durlacum, vt in illuſtri Gymnaſio, quod poſtea cum ſede Principis Carolsruham, recens conditam vrbem, translatum eſt, iis artibus expo-

liret,

liret ingenium, quibus aetas puerilis impertiri ſolet. Atque *Schoepflinus*, vt cum *Ringio* (pag. 13 loquar) tempus illud, quoties Durlacum reuiſit, non ſine voluptate et grata in tutelares loci deos mente reminiſcitur, templum aliud Muſarum inuiſit, auguſtum illud monimentorum antiquorum, per terras Badenſes repertorum et ſacello quodque ſuo, quo ab aëris incuria ſartum tectum eſt, incluſorum ſacrarium ipſo ſuaſore in horto principis amoeniſſimo erectum.

Poſt quintum annum Baſileam demigrauit, vt in huius vrbis Gymnaſio curſum per amplum litterarum ſtadium cum laude inceptum continuaret: in quo quidem adeo celeres fecit progreſſus, vt poſt biennium, anno noſtri ſaeculi ſeptimo, nondum tredecim annorum ephebus in publicam Academiae lucem prodiret, quod quidem ſatis eſſe poteſt teſtimonii, quam fautricem in largiendis animi ingeniique praecocis dotibus habuerit naturam. In hoc muſarum domicilio morem plurimorum iuuenum, qui nimium praemature et valde disparibus animi viribus inſtructis ad academias conuolant, et illotis, vt aiunt, manibus ſacrarium ſeueriorum muſarum inuadunt, haud imitatus, tres annos iis artibus ſedulo vacauit, quae viam ad reconditas litteras recte intelligendas ſternerent. Ea igitur mente audiuit cognatum ſuum *Jo. Chriſtophorum Iſelium* hiſtoriam, omnem antiquita-

tem easque litteras docentem, quae ab humanitate nomen habent. *Samuel. Battierii* fuit auditor, quando graecas litteras et litteraturam tradidit. A *Ioan. Bernoullio* accepit praecepta philoſophorum, mathematicorum et phyſicorum. Quas a ſuis laboribus vacuas habuit horas, conſumſit in perluſtrandis bibliothecis cum publicis, tum inprimis Iſeliana, eosque ſibi parauit theſauros eruditionis, vt a CIƆIƆCCXI. ante abitum ſuum praeſide *Iſelio* diſſertationem defenderet, qua *Tergenſtinus lapis declaratur, additis XIIII ex hiſtoria veterum regnorum vexatis quaeſtionibus*, quas ſuo Marte elaborauit.

Poſt haec Argentoratum deceſſit, atque breui tempore ſe ad amicitiam *Io. Caſparis* Kuhnii ita adplicuit, vt ab hoc viro et graece et latine doctiſſimo in domum et ad menſam adſcitus per integrum octennium, quo vnici, quem habuerat Kuhnius, filii praefuit ſtudiis, tamquam filius a parente haberetur quod quaſi fundamentum fuit omnium honorum et dignitatum. *Kuhnio* enim ſuo debet, quod in notitiam *Barrenſtenii*, ſacri poſtea Romani imperii comitis, cuius ſoror nupta fuit Kuhnio, peruenerat: cuius etiam opera aditus ad Carolum VI. imperatorem Viennae ſuo tempore memorandus patefactus eſt. Praeter acroaſes autem Kuhnii fui frequentauit quoque ſcholas *Ioan. Henrici Barthii*, *Io. Georg. Scherzii*, et *Io Henrici Boecleri*, quando hic ſcientiam Iuris publici, ille do-

ctrinam morum, et iſte hiſtoriam eccleſiaſticam tradidit.

Inſtar fluminis, qui anguſtioribus ripis contineri non poteſt, ſed his egreditur et funditur latius, Schoepflini eloquentia ac eruditio ſe oſtendit, magnam ſui ſpem et opinionem praeſagiens.

Prodiit vero primum a *Kuhnio* ſuo productus, Germanicum Caeſarem oratione publica laudaturus CIϽIϽCCXVII, et tanto cum plauſu, proceribus litteratae Argentinenſis alterum Kuhnium a numine ſibi datum iam non ſine vano omine augurantibus, cathedram reliquit, vt oratio variis ad illam ſpectantibus numis aucta et praeceptoris aliorumque elogiis ornata iuſſu publico typis exſcriberetur.

Biennio poſt menſe Nov. CIϽIϽCCXVIIII eandem cathedram ſed lugubrem adſcendit, Barthio iuſta celebraturus, quam orationem typis mandatam infra commemorabimus. Hoc quoque officium, quamquam ſibi triſtiſſimum, tertium praeſtitit lugens Kuhnio ſuo, a. XX. funere elato, quo tamen moderante paullo ante egregium ſtudii hiſtorici ſpecimen edidit, ventilata diſputatione *de origine, fatis et ſucceſſione regni Nauarae ad noſtra vsque tempora.* Duce Kuhnio quum Schoepflinus tot et tam illuſtria edidiſſet documenta, quae ornamento illum academiae Argentoratenſi aliquando futurum eſſe ſecundis auibus ominarentur, ſena-

tus vrbanus et academicus, qui Kuhnio ſufficeretur, nullum *Schoepflino* arbitratus eſt digniorem. Atque vt rariſſimum hoc fuit exemplum, extraneum quemdam in academia Argentinenſi ad munus profeſſoris obeundum admitti, eo honorificentior *Schoepflino* haec dignitas, nec proceres vnquam habuerunt, quod conſilii poeniteret: quum ſua ille fama academiam ita illuſtraret, vt ex omnibus paene Europae partibus iuuenes ſummi ordinis et loci et ingenio et genere florentiſſimi Argentoratum ad Schoepflinum audiendum videndumue conuolarent. Neque ita multo poſt Bignonius, datis ad noſtrum litteris teſtatus eſt, quantam de nouo doctore ſpem conceperit Gallia vniuerſa et quam valde probaret Rex hoc academiae conſilium.

More autem maiorum vt nouum munus hiſtoriarum et eloquentiae rite auſpicaretur, ſummis in philoſophia honoribus impetratis, ad cal. April. CIↃIↃCCXI. *de factis eloquentiae* ita dixit, vt academia damnum, quod mortuo Kuhnio metuerat Schoepflino reſarcitum videret. Atqui, quam ſibi conceperat, ſpes non concidit, quam potius et multis libris editis et inſtitutis ſcholis auxit noſter et adcendit ſiue enim praelegeret hiſtoriarum fata, ſiue traderet bene dicendi praecepta, quae ſuo ipſius exemplo reddidit illuſtriora, magnus ad eam fuit concurſus et plura domum eius obſederunt carpenta *) quam ex vmbratilium quorundam et vanilo

*) vid. ill. Ring. pag. 27.

niloquentium doctorum ſcholis interdum exire ſolent iuuenes. Sueci, enim Dani, Ruſſi, Angli, Batavi, Helueti et magna pars germaniae Nobilium pubis Argentoratum venere, vt ab ore Schoepflini penderent. Hinc factum eſt, vt ſub lautiſſimis conditionibus ab externis pluries inuitaretur, ad famam celebritatis ſuae litterariae ſuo nomine collaſtrandam. Semper autem amor Argentorati partim, partim maiora a Rege ſuo et ſenatu Argentinenſi in ipſum delata ornamenta eum retinuerunt, quominus abiret, qua ſplendide defunctus eſt, prouincia. Primum a. XXIII. oblata fuit antiquitatum humaniorum que litterarum profeſſio in Francofurtana ad Viadrum academia, quam tamen modeſte declinauit. Biennio poſt a. MDCCXXV. ab Ruſſorum imperatrice Catharina, ad Petropolitanam academiam opimis conditionibus inuitatus eſt hiſtoriarum Profeſſor et Hiſtoriographus, atque iam in eo erat noſter, vt ſarcinas colligeret, quum Senatus et academia Argentinenſis de tanto ſuo ornamento ſeruando non parum ſolliciti annuum illi ſtipendium augerent iterque Gallicum, Italicum, et Britannicum ſuo ſumtu per biennium ſuſtinendum proponerent, quo inaudito beneficio in perpetuum ſibi obſtrinxerunt *Schoepflinum ſuum.*

Eodem anno (XXV,) honori Schoepfliniano nouus adceſſit cumulus, *) quum Galliarum

F 4 Rex

*) vid. ill. *Ring.* p. 27.

Rex tum iuuenis, cui iam antea annis XXII, XXIII, XXIIII. et XXV. annuum ex ſenatus decreto dixerat panegyricum, Poloniarum regis Stanislai filiam ſibi iungeret matrimonio. Salutauerat iam academiae ſuoque nomine et latina et gallica lingua Stanislaum cum Regina coniuge regiaque matre et futura Galliarum Regina, et paullo poſt Aurelianenſem ducem regiosque ad feſtiuitatem hanc celebrandam Legatos Argentoratum profectos, ipſoque feſtiuitatis die pro felici connubio pia vota ſoluerat, diſcedentibusque mox ex parte ſummis hoſpitibus felix iter precatus erat; cum Senatus Populusque et Academia Argentoratenſis ſollemnia illum vota pro regis et reginae ſalute ſoluere panegyrico oratione extra ordinem iuberet. Interfuit illi acerrimus et ſummus ingeniorum iudex Stanislaus, et tanta cum voluptate interfuit, vt diſcedentem e cathedra rex, vt ſolebat eſſe humaniſſimus, Oratorem alterum et ſuum Ciceronem et tum et ſemper poſtea, quoties ad illum aditum Lunevillae petebat, vocaret miſſoque domum aureo, quod a repetendo vocant, horologio munificus donaret. *)

Poſt hunc annum ſibi valde glorioſum menſe Aprili itineri litterario ſe adcinxit, quod quum ingenti litterarum copia iam inſtructus ingrederetur, et fama nominis vbique locorum praeuerteret, eo vtilius fuit et honorificentius. *Schoepfli-*

*) Verba fuere ill. *Ringii* p. 30.

Schoepflinum autem, quoniam quilibet ſuſpicari, quin perſuaſum ſibi habere poteſt, quocunque venerit, homines eruditione non minus quam bibliothecas raritate et multitudine librorum florentiſſimas, et quae reliqua peregrinantibus viſu cognituque iucunda et neceſſaria viderentur, frequenter adiiſſe, indeque multum cepiſſe voluptatis et vtilitatis, haec comitans quaſi noſtrum iter facientem, lubens praetermitto, quin timeam reprehenſionem. Qui autem nomina ſingulorum ſcire cupiant, eos ablego ad Brukerum et Ringium viros doctiſſimos, quos in deſcribendo hoc itinere, quantum poſſum, ſequor. Ingreſſus igitur Gallicum iter, per Luneuillam, Nanceium, Metas, Rhemosque, Lutetiam Pariſiorum venit, in qua principe vrbe vltra quinque menſes commoratus eſt. Lutetia petiit Lugdunum, et per Sabaudos ad Italos tranſiit. Taurino, reducem ex Angliae Galliaeque aulis, in quibus ſedecim annos eruditus hoſpes verſabatur, Abbatem *Contium* Mediolanum comitatus eſt. Tum Veronam, Patauiam et Venetias adiit. Inde poſt decimum quintum diem per Ferrariam, Rauennam, Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senigallium, Anconam, Lauretum, Maceratam, Fulginium, Spoletum, Interamnos, Vtriculum, Veios Romam progreſſus eſt. Obtigit hic et honorifica et iucunda occaſio, in antiquiſſima hac omnium elegantiarum ſede ſex menſes com-

morandi; receptus enim in domum ab Illuſtriſſimis Harrachiis Comitibus, quorum alter Auditor Rotae et Caroli VI. imperatoris apud ſedem Romanam legatus, purpurae proximus obiit, alter Vindobonae in ſupremo Imperii Conſilio aulico praeſidem poſtea egit per ſemeſtre ſpatium regnorum fata his enarrauit et explicuit antiquitatem, quod extero in ipſo omnis antiquitatis ſacrario inſigni eſt honori. Poſtea Neapolin, viſis in via Puteolis et Baiis, divertit, Romamque rediens diſperſa ad vrbem veteris Latii monimenta luſtrauit curioſius. Finiente menſe Maio A. CIƆIƆCCXXVII. per Viterbum, Sienam, Ligurnum, Luccam Florentiam, Bononiam, Mutinam tetendit Parmam. Hic Ducem Parmenſem opera Muratorii, quo cum, praeſente et iubente principe, diu colloquutus eſt, viderat et adloquutus erat, Theſauro Farneſiano a Pedruſio et *Pionenio* deſcripto donatus.

Genua per Mediterraneum mare a Tunetanis praedonibus, ob ruptam cum Gallis pacem tum infeſtatum, in Gallias rediit ſaluus, per Maſiliam, Aquas Sextias et Nemauſium petens Monſpelium; facto inde ad Pontem Vardi, Auenionem, Carpentoractum et Arauſionem excurſu, per Salonem et Arelatem, Toloſam, Narbonam, attigit Burdigalem, recto dein itinere per Pictauos, Amboſiam, Bleſeas, Aurelianos Lutetiam rediit, ab Amicis et Academiae

miae Inſcriptionum Sodalibus, quibus ſuas de veteri factas in noua Roma obſeruationes ſubinde tranſmiſerat, auide exceptus et per trimeſtre ſpatium humaniſſime habitus.

Sub ipſis in augurationis Georgii II. auſpiciis in Anglicam tranſiit menſ. Octobr. CIƆIƆCCXXIII. et dum inter Londinenſes degerat, Canonici Thomani Argentoratenſis eum abſentem ſuis adnumerarunt: quo nouo beneficio patriae iam ſuae alteri magis obſtringebatur. Vbi ſub anni ſequentis initium Oxonium inuiſerat, penates reuiſurus Londino per Belgium Auſtriacum et Lutetiam ad ſuos libros ſuamque academiam rediit, eodem anno a ſocietate Londinenſi et biennio poſt a regia inſcriptionum academia Pariſienſi in ſociorum adſcitus numerum.

Quamquam in litterario hoc itinere vltra duo conſumſerat annos, et inſignem ſibi eruditionis et antiquitatis theſarum collegerat, ſitim tamen maiorem expleturus ineunte vere anni XXXXI. Batauum iter ingreſſus, viſis in via Francofurtho, Colonia, Nouiomago, Traiectum venit, et hic poſteaque Lugduni et Hagae Comitum memorabilibus viſu cognitis quartum ad amicos Pariſienſes rediit, et in academia regia Inſcriptionum ſuper monumentum Legionis VIII. Auguſtae Argentorati repertum, diſſertationem praelegit, quae cum tribus aliis poſtea temporis transmiſſis commentariis acade-

miae

miae ſuo loco inſerta eſt. Redux in patriam factus, quae collegerat in itineribus, diſpoſuit, libros in quibus difficiliora ex antiquitate et hiſtoria pulcre explicuit concinnauit et iuuentuti academiae diligenter inſeruiuit. Atque in quanta fama et aeſtimatione apud Proceres Pariſienſes regemque ipſum fuerit, id ſat erit indicii, quod anno XXXXIIII ipſi demandatum fuit arma regis pro rege Poloniae, Stanislao contra domum Auſtriacam capta publicis litteris tueri, quod etiam iuſſu regio in ſcripto quodam, gallico ſermone exarato, regiisque ſumtibus impreſſo, praeſtitit.

Fama *Schoepflini* tot tantisque libris erudituſſimis peruulgata quod ad exteros peruenerit, pluresque ciuitates ſuum fieri optauerint, mirabitur nemo. Anno autem CIↃIↃCCXXXVII. academia Cortonenſis eum ſocium ſuum eſſe voluit, eodemque anno Upſalienſes Skyttianam hiſtoriarum et politicees Profeſſionem, quam Schefferus et Beclerus Argentinenſes, ſaeculo ornauerant ſuperiori, obtulerunt. Noſter autem alia agebat mente.

Anno enim triceſimo octavo ineunte ad iter per Germaniam inſtituendum ſe comparauit, delatus primum ad Stanislai Regis aulam, per Nanceium, Metas, Luxenburgum, Murium perrexit Bruſſelas, et apud Harrachium Comitem, Gubernatricis tum purpuratum, transegit ſextiduum. Inde Mechlinio, Louanio, Leodio,

Leodio, Aquisgrano, Colonia, Bonna, Confluentibus viſis biduum Weilburgi apud Naſſauium principem, apud Wezlarienſes vero octiduum commoratus eſt. Gieſſa dein, Marburgo et Caſſelis ſalutatis, Gotham profectus, inde per Erfurtum et Rudolſtadium ad Ienenſes, Halenſes et Lipſienſes iter maturauit. Tum vero per Dresdam, Bohemiam cogitans, Pragae fragmentum Euangelii Sc. Marci, quod in cathedrali eccleſia adſeruatur, ſub examen vocauit et paginae primae ſcriptura adcurate depicta animaduertit, folia haec partem poſteriorem eſſe decantati illius fragmenti, quod in theſauro Veneto cuſtoditur. Tandem per Auſtriam Viennam circa Calendas quintiles attigit. Hic vſus eſt veteri amicitia illuſtriſſimi *Bartenſtenii*, qui ad ipſum Carolum VI. imperatorem aditum noſtro parauit: Quaerit ex noſtro Carolus multa de Habsburgicae domus ex Alſatia ortu, de Lotharingiae ducum et Habsburgenſium Alſatiae Landgrauiorum ſtirpe communi, de veteri Alemanniae Alſatarum ducatu, deque his et aliis rebus late ac erudite diſſerentem clementer audit, atque vt teſſeram quaſi clementiae habeat, ſuo nomine mittit per Bartenſtenium ſuam ipſius imaginem adamante pretioſe ornatam. Schwarzius, Profeſſor Altorfinus, cuius vitam in primo volumine deſcripſimus; hoc audito quod ſaepius imperatorem laudaſſet publice nullo inſigni honoris et clementiae do-

cumento

cumento ornatus, mirum quantum commotus, largiendo et precando Viennae non prius deſtitit, donec imaginem imperatoriam cum catena aurea accepit, qua poſtea gloriatus, hominibus huius rei et ambitionis ignaris opinionem adtulit, ſe apud Caeſarem propter eloquentiam crebrasque laudationes magna valere auctoritate, neſcivit vero, qua plane alia ratione Schoepflinus imperatori innotuerit eiusque gratiam et fauorem liberalem fuerit conſequutus. Penes quidem auctorem, ex quo accepi, ſit fides; ſed ſi res ita ſe habet; En luculentum humanae imbecillitatis, vanitatis atque arrogantiae ſpecimen. Nos vero ut ad *Schoepflinum* redeamus, auguſtiſſimi imperatoris exemplum ſequuti ſunt imperatrix, Franciſcus Magnus tum Hetruriae dux, et poſtea Germanorum imperator Proceresque aulae tantum non omnes et frequentibus cum Noſtro colloquiis, et munificis donis quanti et ipſi eruditionem viri ſummi facerent, teſtati ſunt.

Piſonio deinceps, Hungariae regia, viſo, aduerſo Danubio per Mellicenſem Abbatiam, Paſſauium et Salisburgum deductus, Monachiumque inde translatus, a Sereniſſimo tum Electore, mox Caeſare Carolo VII. benigniſſime exceptus eſt. Monachio Auguſtam Vindelicorum et Ratisbonam progreſſus eſt; Bambergenſium et Herbipolenſium Epiſcopum, quod vehementer optauerat, ſalutaturus, Norimbergam

gam diuertit, Herbipoli dein, ſecundo Moeno, Hanouiam, Francofurtum et ad vicinas Darmſtadienſem, Moguntinam Palatinamque aulas perrexit, humaniſſime vbique exceptus et habitus. Tandem Argentoratum multis et multifariis Principum, procerum, ciuitatum et litteratorum hominum muneribus onuſtus rediit menſe Nouembris *) atque hoc itinere effecit, quod quidem auctoritatem et aeſtimationem Schoepflinianam abunde teſtatur, vt Auſtriaci et Bohemici proceres filios ſuos Argentoratum mitterent, vt tanto et tam perito duce reipublicae aliquando capeſſendae idonei redderentur; orto vero ad Rhenum bello inviti domum auocati.

Annus CIƆIƆCCXXXX, quo ſaecularia inuentae artis Typographicae per tota, fere Europam celebrabantur, noſtro nouam dedit occaſionem famam ingenii et eruditionis per orbem iam celebratam augendi, et amplificandi; dum, Argentinenſium cauſa ſuſcepta, hos artis typographicae inuentores in proluſione quadam publica laudauit, quod argumentum vicennio poſt a. LX, ſcriptis *vindiciis typographicis*, reſumſit, equis armis hunc honorem ciuibus ſuis adferens, qua quidem in re *Fournierium* et *Meermannum* nactus eſt aduerſarios, vt infra docebimus, indicando, quos edidit libros. Quae uero illuſt. auctor in his vindiciis defendit nihil ad oſten-

*) verba fuerunt ill. Ringii pag. 44.

ad oſtentationem ingenii, omnia ad conſcientiam refert quod quidem magni eſt animi; recteque facti et iudicii non ex vnius alteriusue ſermone mercedem, ſed ex facto petit et poſteritati, cui meliora Dii forte ſeruarunt, ſecurus relinquit iudicium. Quare cum nullo in arenam deſcendit.

Sequenti anno XXXI. academia Petropolitana ſuis eum collegis honorariis adnumerauit, juſſuque imperatorio acta ſuae academiae miſit. Vſque ad annum XXXXIIII. in formandis iuuenum animis ingeniisque fuit occupatus: ſub vernum autem huius anni tempus Helueticum iter ingreſſus eſt, aeſtatem *) inſequentem omnem apud Helvetos, mortalium, ſua ſi bona norint, feliciſſimos, exacturus Hasburgicasque, Vindoniſſenſes, Badenſes Engoviae et Tigurinas antiquitates et memorabilia ſcrutaturus, ſcribendis olim Alſaticarum et Badenſium rerum annalibus inſeruituras. Coepit iter per Baſileam, quam Vrbem quo ſenſu iterum viderit, iudicabunt, qui ibi prima eruditionis ampliſſimae fundamenta eum ieciſſe meminerint; indeque per Sisgouiam, ſuperato ad Arouiam Iuraſſo, Tigurum appulit, vrbem veri boniqne ſenſu abundantiſſimam, Heluetorum Athenas. A Turicenſibus per Rapertiuillam ad Eremum Deiparae, Suitiosque et per Lacum Lucerinum vel Silvanium ad Vrios et S. Gotthardi montis radices

*) verba ſunt Ill. Ring. pag. 48.

radices vsque progreſſus, eundem per lacum nauigans Lucernam adpulit indeque Bernam et per veteris Auentici rudera Burgundiamque, adeo Transiuranam, de qua olim tam docte tamque eleganter ſcripſerat, ad Lauſannam et Geneuam vrbes perrexit, ac denique per Neocomenſem principatum ac Moratenſem Lacum ad Solodurenſes et, Iura monte prope Waldenburgii clauſtra ſuperato, Baſilea Argentoratum profectus eſt, vt Ludovico XV. Metis ex grauiſſimo morbo in Alſatiam properanti, cinctus Academico Senatu, recuperatam valetudinem et in fidam Regi ſuo Argentinam aduentum gratularetur.

Quamquam vicies et iterum Argentinenſis reipublicae conſtitutus erat orator, hoc tamen anno XXXXV. ita dixit, vt regem laudare primum videretur, quod, ſi quid aliud, abunde declarat, quantus ſit orator, et ita tum deſiit cathedram ornare, vt ſolemnius deſinere non potuerit. Licuit enim eſſe tam beato, vt quos ipſe formauerat, in cathedra oratoria ſucceſſores haberet, *Rangium*, et hoc mortuo *Lorenzium*. Ipſe autem poſt viceſimum annum, quum ciuitas ſaecularia imperii regis celebraret, in ſummis ſolemnitatibus cathedram hanc, quam ſumma cum laude toties ornauerat, demum occupauit.

Poſt obitum Vitriarii curatores academiae Lugdunenſes noſtro nullum digniorem, qui illi

erudito viro ſuccederet, aeſtimarunt, munusque hoc ampliſſimum ipſi obtulerunt: Schoepflinus autem nullis promiſſis adduci potuit vt ſuam relinqueret academiam, atque Rex Galliarum, vt Schoepflinus cognoſceret, quam ſibi gratus eſſet ipſius amor erga academiam Argentinenſem et conſtantia, iuſſit ſibi eſſe à conſiliis et conſcribenda hiſtoria, diplomate hac ſuper re ſigillo regni maiore munito, ad eum miſſo, quod inſigne regiae beniuolentiae exemplum fuit et rariſſimum beneficium, nulli unquam Argentoratenſium doctorum ante eum praeſtitum.

Quintum mox Lutetienſe iter nouus gallici regni Hiſtoriographus ſuſcepit a. XXXXVI. *) ab Illuſtriſſimo *Dagueſſauio*, magno tum Franciae Cancellario invitatus, vt de conſcribenda Alſatiae hiſtoria cum eo coram conferret; per litteras enim ei iam ſignificauerat Schoepflinus, in ſuſcipiendo hoc opere non tam rerum in Alſatia geſtarum habendam eſſe rationem, quam geographici et politici eius ſtatus, qualis ante Romanos, ſub Romanis, ſub Francis, ſub Germanis extiterat, illisque ſubiungendum eſſe ſtatum praeſentem. Cancellarius probauit conſilium, et ſub auſpiciis regiis coeptum eſt opus. Poſt quinquennium, anno nimirum LI. volumen eius prius auctor, ſextum Pariſios revertens, obtulit Regi, annua bis mille Francicarum librarum penſione et Catalogo Bibliothecae

*) v. ill. Ring. pag. 55. cuius ipſius verba hic exhibui

thecae regiae, regiis ſumtibus impreſſo, donatus a rege. Additum eſt aliud regiae benignitatis documentum, quo rex per *Lamoignonium* Cancellarium regni, et per *Argenſonium* comitem, adminiſtrum ſtatus declarauit *Schoepflino*, Argentinenſis academiae iura, quae tum per varias artes periclitabantur, illibata ſemper fore et ſalua. Quod quantum beneficium fuerit quantumque ob illud impetratum Schoepflino aeternum debeat cum ciuitas Argentinenſis omnis, tum maxime academia, non niſi ille ſenſerit, qui quis tum rerum Argentinenſium ſitus fuerit vel ipſe vel aliunde nouerit. Alter Alſatiae Illuſtratae tomus decennio poſt anno LXI. prodiit, adeoque quindecim annorum ſpatio perfectum eſt opus, quod antequam perſcribere inciperet, magnam chartarum et diplomatum copiam ex Collegiorum Monaſteriorum, Ciuitatum et Alſatiae Procerum tabulariis congeſtam in parato iam habuerat.

Ab anno LII. quo Senatus Argentinenſis conſenſerat, vt ſibi ipſe viuus deligeret ſucceſſorem, litterarios per aeſtatem et autumnum quotannis facit excurſus, quos ſingulos enumerare longum foret. Modo autem excurrit in Marchiam Badenſem, modo in Palatinatum, Helvetiam, Sueuiam; modo ad Abbatias Martianae Siluae, Blaſianam, Petrinam, Georgianam, quae Villingae eſt, et praecipue Baſileam, ſtudiorum ſuorum matrem et altricem.

Aulas Moguntinam, Spirenſem, Darmſtadenſem, Naſſauio-Vſingenſem ſemel iterumque per id tempus reuiſit. Quanta autem apud principes et ciuitates ſit auctoritate, et quid in rebus difficillimis prudentia eius et ſagacitas valeat, ſaepius docuimus, et non ſolum ex eo intelligi poteſt, quod ipſius ſuaſu Princeps Darmſtadienſis ſumtus erogaret ad ſplendidum opus de Zaringo Badenſi hiſtoria conficienda et elector Palatinus nouam condidit doctrinarum academiam: ſed potiſſimum ex eo, quod a. LVI. inter Marchionem Bada-Durlacenſem et Baſilienſem rempublicam arbiter compoſuit lites, quae a pluribus annis diſcordiae cauſſa fuerant. Formula tranſactionis menſis vnius ſpatio ſignata; quod nunquam, vt ipſe dicit, non euenire ſolet, vbi ab vtraque parte bona fide proceditur: hoc autem negotium feliciter et adeo celeriter confectum gratia, honor et praemia ſecuta ſunt liberaliſſima.

Quod Electorem palatinum de condenda academia monuit, ea potiſſimum fuit cauſſa, vt Palatinis omnium temporum rebus inueſtigandis, et naturali Palatinatus hiſtoriae expiſcandae poſt nos victuri apti reddantur et habeant ſatis materiae, ad hiſtoriam Palatinam conſcribendam. Inſtituit igitur elector *Carolus Theodorus* hanc academiam Manhemii, eamque Theodoro-Palatinam adpellari iuſſit. Die XII. cal. Nouembr. electore cum aula ſua praeſente in

ipſa

ipſa Bibliothecae Electoralis Baſilica facta fuit inauguratio, cuius initium oratione ſolemni fecit *Schoepflinus*, honorarius academiae Praeſes. In primo conuentu priuato rarum et inſigne expoſuit monumentum, quod Diocletiano et Maximiniano Auguſtis, eorumque Caeſaribus ciuitas Moguntiacenſis pro ſalute illorum dedicauerat publice, qnodque Ladeburgi paullo ante repererat. Marmor hoc in palatium Manhemienſe translatum eſt, aliis praeter ea numero quadraginta intra triennium ex Palatinis terris vndique allatis et conquiſitis. Academiae Palatinae conventibus, qui per ſemeſtria vere et autumno publice habentur, fere omnibus intereſt, eosque oratione aperit ſollemni. Nullam electoralem *) nec ex reliquis Germaniae Proceribus Domum plures doctos principes produxiſſe, quam Palatinam, duobus in Academiae panegyri ſermonibus docuit, additque nuper de Ingelheimenſi Caroli M. palatio commentationem erudite et eleganter conſcriptam, diſſertationemque, qua ſepulcrum Romanum Schrishemii, haud procul Heidelberga, in ſtrata Montana nouiter detectum et ſingulas eius partes, Hypogaeum vel Columbarium, Sacellum atque Triclinium expoſuit; quas ſcriptiones omnes foecundi, ſi quod unquam,

*) vid. ill. Ring. pag. 63. cuius ipſius verba pluriuſcula ſequuntur.

quam, ingenii teſtes volumen primum commentariorum Academiae continet, praeter vltimam, volumini ſecundo ſuo tempore inſerendam. Primum volumen Actorum Academiae, ante triennium inſtitutae, obtulit Electori, menſe Octobri Anni LXVI. ſingulis bienniis nouum promittens.

Numos, Electorum omnium ad ſe vſque effigies, eleganter expreſſas, ſiſtentes cum inſcriptionibus a Schoepflino olim confectis, cudi artificioſiſſime poſtquam curauerat aliquot abhinc annis Elector, illorum collectionem ad Schoepflinum, huius ſui laboris dudum oblitum, miſit, addito aureo, Caroli Theodori effigiem exhibente, omnes et ſingulos capſula, ut moris eſt, ſua incluſos. Similes aureos numos plures a principibus viris dono Schoepflino datos oſtentat Numophylacium Schoepflinianum, auguſtum ſummi Magnatum et Imperantium in ſe fauoris delubrum. Addam vnicum adhuc, alius licet generis, donum ad Noſtrum ante biennium tranſmiſſum, omnia enim referre nec mei propoſiti nec neceſſe eſt. Anno LXIV. ab Auguſtiſſimo Siciliarum rege Herculanei veteris antiquitates, regiis ſumtibus magnificentiſſime, vt nouimus omnes, impreſſas, dono accepit; probantes abunde ſui memoriam in regionibus illis ſupereſſe adhuc iuuenemque Regem iis, qui iuſtum meritis pretium ſtatuere nouerint, cinctum in ſpem non

va-

vanam Europaei orbis eruditi adoleſcere. Hactenus ill. *Ringius.*

Schoepflinum, ſupra commemorauimus poſt viceſſimum annum oratoris publici perſonam denuo egiſſe, quod factum eſt a. LXVI. vbi ciuitatis et academiae Argentoratenſis nomine Ludovico XV. Quinquennalia regiminis gratulatus eſt oratione in ſolemni Panegyri habita.

Reſtat. vt indicem ſubiungam librorum, quos edidit.

1. Diſſertat. *qua antiquus Lapis Tergeſtinus declaratur, additis XIIII. ex hiſtoria veterum regnorum vexatis quaeſtionibus. Baſileae* ſub praeſidio *Iſelii* a. CIↃIↃCCXI.

2. *Oratio, qua ſiſtitur Germanicus, rarum principis ad ſpem imperii nati exemplar.* Argentorat. in 4. a. XVII.

Quantam de Schoepflino ſpem eo iam tempore fecerit Kuhnius, in proluſione, hac occaſione ſcripta teſtatum reliquit. „Et, prae„vidit quidem, inquit, Germanicus ex con„ſcientia, virtutum meritorumque ſuorum „memoriam ſui ſacram honoratamque fore, „quum morti proximus in vltima ad amicos „oratione diceret: flebunt Germanicum etiam „ignoti; de hoc tamen tum certe cogitare non „potuit, iuuenem, vt tum illis videbamur, „barbarum in confeſſu doctiſſimorum cultiſſimo„rumque ex media barbarie hominum latino „ore ſtiloque eo, qui romanum oratorem de-

„ceret, virtutes ipſius memoriamque celebra-
„turum eſſe. Praeſtabit tamen hoc ei officium
„—— Schoepflinus—— fautor atque amicus, mi-
„hi ex domeſtico aliquot annorum conuictu et
„eruditionis et humanitatis nomine aeſtimatiſ-
„ſimus; faciet autem illud non per lamenta in-
„tempeſtiua ſeroſque fletus, ſed vt de funere
„Germanici Tacitus loquitur, per laudes et
„memoriam uirtutum eius. Tanto autem magis
„commendandus conatus oratoris noſtri videtur,
„quo rariores ſunt, qui aliquod his ſtudiis tem-
„pus impendere, vireſque ſuas in hac palaeſtra
„exercere cupiunt, hoc praeſertim aeuo cui
„noua barbaries minatur, et quo neglectus ele-
„gantiorum litterarum quaſi laudi ducitur. No-
„ſter quidem orator aliquid amplius eſt praeſti-
„turus, — id ipſum incitamentum erit aliis,
„vt paria audeant, atque ſuo quoque exemplo
„doceant, quod, vt Plinius loquitur, vigeant
„ſtudia, proferant ſe ingenia hominum et oſten-
„tent, vtque ipſi quoque pro viribus id agant,
„vt gloria excultae eloquentiae Argentorato
„noſtro conſeruetur, quam ex eo tempore,
„quo primum academiae nomine cenſeri meruit,
„conſeruauit." Hanc orationem, proceribus
ciuitatis mirifice probatam, publice fuiſſe typis
exſcriptam et imaginibus ornatam, iam ſupra
diximus.

3) *Oratio conſecrandae memoriae, Jo. Henr. Barthii*, Doctoris Theologi Argentinenſis a. XVIIII.

4) Diſſ.

4) Diſſ. *de Origine, fatis et ſucceſſione Regni Nauarrae ad noſtra vsque tempora.* Praeſid. *Kuhnio* in 4. a. XXI.

5) *Orat. conſecrandae Memoriae Jo. Caſp. Kuhnii Hiſtor. et Eloquent. Prof. Argentinenſ.* in 4.

6) *Panegyrici Ludovico XV. regiis Natalibus dicti anno* 1722, 23, 24, 25, 29, 31. *vsque ad a.* 1745. *Argentor.* fol. typis exſcripti ſinguli, praeter illum, quem a. 1725. dixerat, quod paullo poſt nuptialis Oratio habita. Ill. *Ringius* omnium harum orationum panegyricarum aliarumque nouam editionem, vita auctoris notulisque a ſe auctum, proxime dabit forma, quam vocant quarta maiori, quo quidem omnes elegantiarum amantes ſibi reddet deuinctos et obſtrictos.

7) *Miſcellanea hiſtorica.* Argentor. in 4. a. XXIII.

8) *De Allemannicis Antiquitatibus Commentatio, qua integra veterum Alemannorum fata vsque ad extinctam eorundem rempublicam traduntur.* Argentor. in 4. additus eſt index.

Totam hiſtoriam Alemannorum a prima origine vsque ad interitum huius reipublicae, quae ſeriem CCC annorum complectitur, optimis ſcriptoribus in ſubſidium vocatis; perſequitur; multa tamen adhuc reſtare, quae diligentiam periti cuiusdam antiquitatis Alemannicae

occupare poſſint, iudicant auctores actorum eruditorum in Sect. X. Tom. VIII.

9) *Obſeruationes hiſtorico-criticae* a. XXIII.

10) *Selecta hiſtorica.* eod. an. in 4.

11) *Illuſtres ex hiſtoria Hiſpanica controverſiae.* a. XXIIII.

12) *Illuſtres ex Clodouaei Magni hiſtoria controuerſiae.* Argent. a. XXV.

13) *Oratio nuptialis, qua Ludouico XV. Nuptias praeſente Stanislao Rege gratulatus eſt.* Argent. in form. max. a. XXV.

14) *Obſeruationes hiſtoricae, quibus Origines Romanae diſcutiuntur.* in 4. a. XXV.

15) Varia critica ex hiſtoria ſacra et profana. a. eod. in 4.

16) *Analecta hiſtorica.* in 4. ad eod.

17) *De extincto et reſtaurato occidentali imperio.* Argent. in 4. a. XXVI.

18) *Genethliacus, quo Ludovico XV. Delphini natales gratulatus eſt.* in form. max. a. XXVIIII.

19) *De Apotheoſi ſiue conſecrationibus imperatorum Romanorum.* Argent. in 4. cum fig. aeri inciſis addito indice.

Quatuor capitibus liber hic elegantiſſimus abſoluitur; in quorum primo generales quasdam auctor profert obſeruationes, in altero recenſet imperatores, Imperatrices et Caeſares, Romae olim conſecratos, et quae in priſcis monumentis ſuperſunt de eorum conſecratione, adcu-

adcurate exponit. Explicat igitur Achatem illum Sanctae Capellae Pariſienſis, qui ſummis Antiquariis, *Peireſcio*, *Rubenio*, *Harduino*, *Montefalconio*, aliisque multum faceſſiuit negotii. *Schoepflinus* refutatis aliorum opinionibus, veroſimile facit, figuram ibi ſedentem eſſe Auguſtum; eum, qui equo inſidens ad ſuperos euehitur, eſſe Druſum, Tiberii filium; illum denique, qui poſtremo loco adparet clypeum praeferens, eſſe Julium Caeſarem. Exponit etiam infamem illam conſecrationem Antinoi. Tum numum exhibet, in quo imperator Conſtantinus M. ſiſtitur velatus in curru, dextrum tendens verſus aliam dextram e coelo porrectam, quae ipſum ad ſuperos recipere videtur: docet autem, hic non ſignificari veram conſecrationem, etſi in imo numo legatur *Conſ.* id eſt, *Conſecratio*; ſed innui beatum Conſtantini exceſſum ex hac vita et tranſitum ad coelites, nec alio ſenſu capiendum cenſet vocabulum *Diui*, quoties id Chriſtianis tribuitur imperatoribus. In cap. III. caerimoniis conſecrandi expoſitis multos ritus illuſtrium ſepulturarum Romanarum erudite perſequitur auct.r: refellit nimirum communem antiquariorum ſententiam de vaſculis lacrimalibus, quae in ſepulcris Romanorum nulla fuiſſe docet: oſtendi contra Kirchmannum, corpora omnino fuiſſ inuoluta haud comburendo: refutauit quoqu *Fortunii Liceti*, de lucernis in ſepulcro ſemp

arde

ardentibus ſententiam. In cap. quarto de notis agit et characteribus, qui conſecratis ſolebant tribui: refellit eos, qui viuentibus nonnullis imperatoribus titulum *Diui* Diuaeque tributum fuiſſe exiſtimant. Diſſerit quoque de ſtatuis aureis, quas ponere conſecratis conſueverant Romani. Denique deſcribit anaglyphicas in ſtylobate columnae Antonianae figuras, multa ἀποθεώσεως ſymbola coniunctim exhibentes. conf. Acta Erudit. menſ. Decemb. a. CIↃIↃCCXXX. pag. 550. Deutſche Acta erudit. Part. CLXIII. nr. 2.

20) *Illuſtres ex Brittanica hiſtoria controverſiae* in 4. a. XXXI.

21) *De Auſpiciis Romanorum* in 4. a. XXXI.

22) *De Burgundia cis — et trans - Jurana* Argent. in 4. eod. a. vid. Journal des Savans menſ. Jul. a. XXXI.

23) *Les Armes du Roi juſtifiés contre l'Apologie de la Cour de Vienne.* Strasbourg. a. XXXIIII. in 4.

24) *Illuſtres ex Francica hiſtoria controuerſiae.* Argent. a. XV. in 4.

Conſtat haec diſputatio quinque capitibus, in quorum primo auctor contendit, *Portum Icium* eſſe de *Witſan*; in ſecundo euincit, Conſtantinum M. non in Anglia, ſed in Dardania natum fuiſſe: in tertio docet, Monachos, qui multa coenobia in Gallia et Germania condidiſſe dicuntur, ex Hybernia veniſſe; in quarto oſten-

oſtendit, *Guilielmum Conqueſtorem* ius regni armis ſibi paraſſe; in quinto denique ſtatuit *Eduardum III.* ius ſuum hereditarium in Gallias declaraturum, legem Salicam haud repudiaſſe, ſed tantum modo explicuiſſe, ita vero, vt nihil ſubſidii inde petere potuerit. vid. Journal de Savans. menſ. Octobr. a. XXXI.

25) *Programma ſecularia inuentae Artis Typographicae celebranda indicens.* A. XXXX. in 4.

26) *Commentationes hiſtoricae et criticae.* Baſil. a. XXXXI. in 4.

Hoc volumine continentur ſcripta, quae ſub numeris 4, 8, 11, 12, 17, 19, 20, 21, 22, 24, 25 commemorauimus. Ex diſſertatione prima excerpta, nouaeque aliae commentationes adceſſerunt. Nimirum

27) *De ſacris Galliae Regum in Orientem expeditionibus* a. pag. 321. ad 366. Hanc anno XXIIII. antea ventilaram diſputat. academicam laudarunt auctores Journal des Savans. menſ. Nouemb. a. XXV.

28) *Dubia hiſtorica* a pag. 427. ad 434.

29) Diſſ. *hiſtorica, qua ſiſtitur Chronologia Romanorum Syriae Praefectorum, Pontificum Judaeorum atque Judeae Proconſulum* a p. 465. ad 498.

30) *Obſeruationes ad librum Diurnum* a pag. 499. ad 532.

31) *Formulae Pacis inter Fridericum Barbaroſſam et Alexandrum III.* a pag 533. ad 536.

32) *In-*

32) *Innocentii VIII. Bulla diſpenſationis inter Carolum VIII. Regem Franciae et Annam, Duciſſam Britanniae data* A. MCCCCXCI. a pag. 531. ad pag. 540.

33) *Recenſio Actorum Conſilii Baſilienſis, quae inter Codd. MSC. regii Nauarrae Collegii etc.* extant a pag. 541. ad 556.

Quoniam regiae academiae Inſcriptionum Pariſienſi adſcriptus eſt, huius Commentariis tres commentationes ſuo quasque loco et tempore inſertas dedit. Nimirum

34) *Super Monumentum Legionis VIII. Auguſtae Argentorati* repertum.

35) *De Gentis Treboccorum origine et ſitu, occaſione columnae in veteri Brocomago* a XXXV. *repertae.*

36) *Super Fragmentum Liuii ex Salernitani Coenobii Cod. MS. olim deſcriptum a Matthaeo Rockio.*

37) *De Typographia ante A.* 1440. *a Gutenbergio reperta, qui cum Dreizehnio ac Heilmanno, Argentinenſibus ciuibus, ſociis ſuis, iam a.* 1439. *litem apud Magiſtratum Argentinenſem hac ſuper re habuit, ex Actis et documentis publicis huc vſque ignotis eruta et demonſtrata.*

38) *Alſatiae Illuſtratae, Celticae, Romanae, Francicae*, Tom. *prior* Colmariae ex typographia Regia fol. cum figuris plurimis aeri inciſis addito indice in fig. max. a. LI. De opere hoc

hoc immortali iam ſupra quaedam diximus. Quae Gebuiller et Obrechtius iam diu tantum promiſerunt, praeſtitit *Schoepflinus.* Primo agit de Alſatia in genere, de eius finibus et nouis et antiquis, ſaltibus, fluminibus, etc. Tum illuſtrat Celticam Alſatiam, et Celtarum antiquitatem, quam a pag. 109. in longo quodam excurſu proponit, vbi vero multis rebus antea obſcuris lucem adcendit auctor. In libro ſecundo Alſatiam Romanam quam a. Chr. 496. Alemanni occuparunt, deſcribit, multaque egregie explicat, quae ad cognoſcendam topographiam et vitae genus, et antiquitatem et ſtatum ſub Romanis politicum, et ad exſtirpatam paganorum ſuperſtitionem et nouum dei veri cultum conducunt. Pari modo verſatur auctor in capite tertio, vt primo loca, regiones etc. adcurate deſcribat, tum, quae hoc temporis ſpatio vsque ad an. 870. politica, vt ita dicam, Alſatiae fuerit facies, enarret, denique de moribus, ritibus, legibus, reditibus, coenobiis, linguae commutatione, ſcriptoribus, aedificiis, numis, eo tempore cuſis, et docte et copioſe et eleganter agat. v. Lipſienſ. ephem. litt. a. LI. pl. 91 etc

39) *Vindiciae Celticae* Argent. in 4. a. LII. Quae in Alſatia illuſtrata breuius ſcripſerat de Celtis, vberius perſequitur in libro hoc doctiſſimo. Omnia loca veterum Graecorum et Latinorum, in quibus mentio iniecta fuit Celtarum,

rum, diligenter colligit, componit, ex hisque oſtendit, Celtas non Germanos, ad iſtos non referendos, ſed Gallos fuiſſe. Quare Volaterranum, Glareanum, Browerum, Cocceium, Spenerum aliosque refutat, qui contendant, veteres Germaniae incolas, non ſolum vna cum Gallis Celtas, ſed etiam Gallos fuiſſe adpellatos, Denique recenſet colonias a Celtis ad diuerſas orbis terrarum partes deductas. v. ephem. Lipſ. Nr. 39. a. LIIII. et Acta eruditor.

40) *Alſatiae illuſtratae Romanae*, ſeu libr. II. ſect. VI. monumenta et liber III. a. LXIII. Valde laudatur a Gesnero in Gotting. Relation. de libris nouis IIII. Faſcicul.

41) *Vindiciae Typographicae* Argent. in 4. a. LX. *cum documentis Typographicarum originum tunc primum editis et tabulis ſeptem aeri inciſis.* Primum tollere ſtudet, quae in vocabulo Typographia obſcura videantur, in primo capite docendo, illo tantummodo innui artem ſingula eaque, quae diuidi diſcernique poſſint, exſcribendi.*) Hanc artem, proprie Typographicam dicendam, *verſatilem*, quae typis mobilibus ſibimet adgregatis exercetur, a Guttenbergio, de cuius vita et arte multa lectu digniſſima

*) *Meermannus* vir ill. in immortali ſuo opere, Origines typographicae, inſcripto. Tom. I. pag. 1. ſqq. omnes dubitationes, quae ex confuſa vocis iſtius ſignificatione oriantur, de plano et ſimplici remouet.

ſima commemorantur, Argentorati eſſe inuentam, id quod ex actis hucusque incognitis et a Schoepflino repertis plenius docetur, et a Schoiffero ad perfectionem perductam, docte euincit auctor *). Quae Harlemenſes pro ſe et Laurentio Koſtero dicunt, in cap. VIIImo ſub examen vocat; totamque hiſtoriam et antiquitatem huius artis egregie illuſtrat. vid. ephem. litter. Lipſienſ. pl. 18. a. LX, et Gottingenſ. in quibus copioſe cenſentur et laudantur hae Vindiciae. pl. 30. pag. 257. eiusd. an. III. tamen *Ringio*, quem alioqui propter eruditionem, doctrinarum copiam et amicitiam valde a me coli et amari, palam profiteor, adſentiri nequeo, qui nimia aduerſus ſuum praeceptorem religione ductus pag. 46. „ſcriptis, inquit, typographicis, nouis et nuper demum plenius detectis rerum documentis authenticis, docuit orbem eruditum, *indubiam* eſſe, quam olim iam propoſuerat, ſententiam: ad Guttenbergium Moguntinum et Argentoratenſes prima artis Typographicae initia pertinere, quam omnes, qui, quibus fundamentis et probationibus ſuperſtructa ſit, inſpicere propius et ad Lydium rationis non praeiudicatae lapidem exigere potuerunt, auide arreptam defendunt, et *vsque defendent*, ſi — Meermannum excipias, ami-

*) ſed vide, quae illuſt. *Meermannus* in origin. Typographicis Part. prior. cap. VIII. obiicit.

erudito viro ſuccederet, aeſtimarunt, munusque hoc ampliſſimum ipſi obtulerunt: Schoepflinus autem nullis promiſſis adduci potuit vt ſuam relinqueret academiam, atque Rex Galliarum, vt Schoepflinus cognoſceret, quam ſibi gratus eſſet ipſius amor erga academiam Argentinenſem et conſtantia, iuſſit ſibi eſſe a conſiliis et conſcribenda hiſtoria, diplomate hac ſuper re ſigillo regni maiore munito, ad eum miſſo, quod inſigne regiae beniuolentiae exemplum fuit et rariſſimum beneficium, nulli unquam Argentoratenſium doctorum ante eum praeſtitum.

Quintum mox Lutetienſe iter nouus gallici regni Hiſtoriographus ſuſcepit a. XXXXVI. *) ab Illuſtriſſimo *Dagueſſauio*, magno tum Franciae Cancellario invitatus, vt de conſcribenda Alſatiae hiſtoria cum eo coram conferret; per litteras enim ei iam ſignificauerat Schoepflinus, in ſuſcipiendo hoc opere non tam rerum in Alſatia geſtarum habendam eſſe rationem, quam geographici et politici eius ſtatus, qualis ante Romanos, ſub Romanis, ſub Francis, ſub Germanis extiterat, illisque ſubiungendum eſſe ſtatum praeſentem. Cancellarius probauit conſilium, et ſub auſpiciis regiis coeptum eſt opus. Poſt quinquennium, anno nimirum LI. volumen eius prius auctor, ſextum Pariſios revertens, obtulit Regi, annua bis mille Francicarum librarum penſione et Catalogo Bibliothecae

*) v. ill. Ring. pag. 55. cuius ipſius verba hic exhibui

thecae regiae, regiis ſumtibus impreſſo, donatus a rege. Additum eſt aliud regiae benignitatis documentum, quo rex per *Lamoignonium* Cancellarium regni, et per *Argenſonium* comitem, adminiſtrum ſtatus declarauit *Schoepflino*, Argentinenſis academiae iura, quae tum per varias artes periclitabantur, illibata ſemper fore et ſalua. Quod quantum beneficium fuerit quantumque ob illud impetratum Schoepflino aeternum debeat cum ciuitas Argentinenſis omnis, tum maxime academia, non niſi ille ſenſerit, qui quis tum rerum Argentinenſium ſitus fuerit vel ipſe vel aliunde nouerit. Alter Alſatiae Illuſtratae tomus decennio poſt anno LXI. prodiit, adeoque quindecim annorum ſpatio perfectum eſt opus, quod antequam perſcribere inciperet, magnam chartarum et diplomatum copiam ex Collegiorum Monaſteriorum, Ciuitatum et Alſatiae Procerum tabulariis congeſtam in parato iam habuerat.

Ab anno LII. quo Senatus Argentinenſis conſenſerat, vt ſibi ipſe viuus deligeret ſucceſſorem, litterarios per aeſtatem et autumnum quotannis facit excurſus, quos ſingulos enumerare longum foret. Modo autem excurrit in Marchiam Badenſem, modo in Palatinatum, Helvetiam, Sueuiam; modo ad Abbatias Martianae Siluae, Blaſianam, Petrinam, Georgianam, quae Villingae eſt, et praecipue Baſileam, ſtudiorum ſuorum matrem et altricem.

Aulas Moguntinam, Spirenſem, Darmſtadenſem, Naſſauio-Vſingenſem ſemel iterumque per id tempus reuiſit. Quanta autem apud principes et ciuitates ſit auctoritate, et quid in rebus difficillimis prudentia eius et ſagacitas valeat, ſaepius docuimus, et non ſolum ex eo intelligi poteſt, quod ipſius ſuaſu Princeps Darmſtadienſis ſumtus erogaret ad ſplendidum opus de Zaringo Badenſi hiſtoria conficienda et elector Palatinus nouam condidit doctrinarum academiam: ſed potiſſimum ex eo, quod a. LVI. inter Marchionem Bada-Durlacenſem et Baſilienſem rempublicam arbiter compoſuit lites, quae a pluribus annis diſcordiae cauſſa fuerant. Formula tranſactionis menſis vnius ſpatio ſignata; quod nunquam, vt ipſe dicit, non euenire ſolet, vbi ab vtraque parte bona fide proceditur: hoc autem negotium feliciter et adeo celeriter confectum gratia, honor et praemia ſecuta ſunt liberaliſſima.

Quod Electorem palatinum de condenda academia monuit, ea potiſſimum fuit cauſſa, vt Palatinis omnium temporum rebus inueſtigandis, et naturali Palatinatus hiſtoriae expiſcandae poſt nos victuri apti reddantur et habeant ſatis materiae, ad hiſtoriam Palatinam conſcribendam. Inſtituit igitur elector *Carolus Theodorus* hanc academiam Manhemii, eamque Theodoro-Palatinam adpellari iuſſit. Die XII. cal. Nouembr. electore cum aula ſua praeſente in

ipſa

ipſa Bibliothecae Electoralis Baſilica facta fuit inauguratio, cuius initium oratione ſolemni fecit *Schoepflinus*, honorarius academiae Praeſes. In primo conuentu priuato rarum et inſigne expoſuit monumentum, quod Diocletiano et Maximiniano Auguſtis, eorumque Caeſaribus ciuitas Moguntiacenſis pro ſalute illorum dedicauerat publice, quodque Ladeburgi paullo ante repererat. Marmor hoc in palatium Manhemienſe translatum eſt, aliis praeter ea numero quadraginta intra triennium ex Palatinis terris vndique allatis et conquiſitis. Academiae Palatinae conventibus, qui per ſemeſtria vere et autumno publice habentur, fere omnibus intereſt, eosque oratione aperit ſollemni. Nullam electoralem *) nec ex reliquis Germaniae Proceribus Domum plures doctos principes produxiſſe, quam Palatinam, duobus in Academiae panegyri ſermonibus docuit, addiditque nuper de Ingelheimenſi Caroli M. palatio commentationem erudite et eleganter conſcriptam, diſſertationemque, qua ſepulcrum Romanum Schrishemii, haud procul Heidelberga, in ſtrata Montana nouiter detectum et ſingulas eius partes, Hypogaeum vel Columbarium, Sacellum atque Triclinium expoſuit; quas ſcriptiones omnes foecundi, ſi quod unquam,

*) vid. ill. Ring. pag. 63. cuius ipſius verba pluriuſcula ſequuntur.

quam, ingenii teſtes volumen primum commentariorum Academiae continet, praeter vltimam, volumini ſecundo ſuo tempore inſerendam. Primum volumen Actorum Academiae, ante triennium inſtitutae, obtulit Electori, menſe Octobri Anni LXVI. ſingulis bienniis nouum promittens.

Numos, Electorum omnium ad ſe vſque effigies, eleganter expreſſas, ſiſtentes cum inſcriptionibus a Schoepflino olim confectis, cudi artificioſiſſime poſtquam curauerat aliquot abhinc annis Elector, illorum collectionem ad Schoepflinum, huius ſui laboris dudum oblitum, miſit, addito aureo, Caroli Theodori effigiem exhibente, omnes et ſingulos capſula, ut moris eſt, ſua incluſos. Similes aureos numos plures a principibus viris dono Schoepflino datos oſtentat Numophylacium Schoepflinianum, auguſtum ſummi Magnatum et Imperantium in ſe fauoris delubrum. Addam vnicum adhuc, alius licet generis, donum ad Noſtrum ante biennium transmiſſum, omnia enim referre nec mei propoſiti nec neceſſe eſt. Anno LXIV. ab Auguſtiſſimo Siciliarum rege Herculanei veteris antiquitates, regiis ſumtibus magnificentiſſime, vt nouimus omnes, impreſſas, dono accepit; probantes abunde ſui memoriam in regionibus illis ſupereſſe adhuc iuuenemque Regem iis, qui iuſtum meritis pretium ſtatuere noverint, cinctum in ſpem non

va-

vanam Europaei orbis eruditi adoleſcere. Hactenus ill. *Ringius.*

Schoepflinum, ſupra commemorauimus poſt viceſſimum annum oratoris publici perſonam denuo egiſſe, quod factum eſt a. LXVI. vbi ciuitatis et academiae Argentoratenſis nomine Ludovico XV. Quinquennalia regiminis gratulatus eſt oratione in ſolemni Panegyri habita.

Reſtat, vt indicem ſubiungam librorum, quos edidit.

1. Diſſertat. *qua antiquus Lapis Tergeſtinus declaratur, additis XIIII. ex hiſtoria veterum regnorum vexatis quaeſtionibus. Baſileae* ſub praeſidio *Iſelii* a. CIϽIϽCCXI.

2. *Oratio, qua ſiſtitur Germanicus, rarum principis ad ſpem imperii nati exemplar.* Argentorat. in 4. a. XVII.

Quantam de Schoepflino ſpem eo iam tempore fecerit Kuhnius, in proluſione, hac occaſione ſcripta teſtatum reliquit. „Et, praevidit quidem, inquit, Germanicus ex conſcientia, virtutum meritorumque ſuorum „memoriam ſui ſacram honoratamque fore, „quum morti proximus in vltima ad amicos „oratione diceret: flebunt Germanicum etiam „ignoti; de hoc tamen tum certe cogitare non „potuit, iuuenem, vt tum illis videbamur, „barbarum in conſeſſu doctiſſimorum cultiſſimorumque ex media barbarie hominum latino „ore ſtiloque eo, qui romanum oratorem de-

„ceret, virtutes ipſius memoriamque celebra„turum eſſe. Praeſtabit tamen hoc ei officium „—— Schoepflinus—— fautor atque amicus, mi„hi ex domeſtico aliquot annorum conuictu et „eruditionis et humanitatis nomine aeſtimatiſ„ſimus; faciet autem illud non per lamenta in„tempeſtiua ſeroſque fletus, ſed vt de funere „Germanici Tacitus loquitur, per laudes et „memoriam uirtutum eius. Tanto autem magis „commendandus conatus oratoris noſtri videtur, „quo rariores ſunt, qui aliquod his ſtudiis tem„pus impendere, vireſque ſuas in hac palaeſtra „exercere cupiunt, hoc praeſertim aeuo cui „noua barbaries minatur, et quo neglectus ele„gantiorum litterarum quaſi laudi ducitur. No„ſter quidem orator aliquid amplius eſt praeſti„turus, — id ipſum incitamentum erit aliis, „vt paria audeant, atque ſuo quoque exemplo „doceant, quod, vt Plinius loquitur, vigeant „ſtudia, proferant ſe ingenia hominum et oſten„tent, vtque ipſi quoque pro viribus id agant, „vt gloria excultae eloquentiae Argentorato „noſtro conſeruetur, quam ex eo tempore, „quo primum academiae nomine cenſeri meruit, „conſeruauit.“ Hanc orationem, proceribus ciuitatis mirifice probatam, publice fuiſſe typis exſcriptam et imaginibus ornatam, iam ſupra diximus.

3) *Oratio conſecrandae memoriae*, *Jo. Henr. Barthii*, Doctoris Theologi Argentinenſis a. XVIIII.

4) Diſſ.

4) Diſſ. *de Origine, fatis et ſucceſſione Regni Nauarrae ad noſtra vsque tempora.* Praeſid. *Kubnio* in 4. a. XXI.

5) *Orat. conſecrandae Memoriae Jo. Caſp. Kubnii Hiſtor. et Eloquent. Prof. Argentinenſ.* in 4.

6) *Panegyrici Ludovico XV. regiis Natalibus dicti anno* 1722, 23, 24, 25, 29, 31. *vsque ad a.* 1745. *Argentor.* fol. typis exſcripti ſinguli, praeter illum, quem a. 1725. dixerat, quod paullo poſt nuptialis Oratio habita. Ill. *Ringius* omnium harum orationum panegyricarum aliarumque nouam editionem, vita auctoris notuliſque a ſe auctum, proxime dabit forma, quam vocant quarta maiori, quo quidem omnes elegantiarum amantes ſibi reddet deuinctos et obſtrictos.

7) *Miſcellanea hiſtorica.* Argentor. in 4. a. XXIII.

8) *De Allemannicis Antiquitatibus Commentatio, qua integra veterum Alemannorum fata vsque ad extinctam eorundem rempublicam traduntur.* Argentor. in 4. additus eſt index.

Totam hiſtoriam Alemannorum a prima origine vsque ad interitum huius reipublicae, quae ſeriem CCC annorum complectitur, optimis ſcriptoribus in ſubſidium vocatis; perſequitur; multa tamen adhuc reſtare, quae diligentiam periti cuiusdam antiquitatis Alemannicae

occupare poſſint, iudicant auctores actorum eruditorum in Sect. X. Tom. VIII.

9) *Obſeruationes hiſtorico-criticae* a. XXIII.

10) *Selecta hiſtorica.* eod. an. in 4.

11) *Illuſtres ex hiſtoria Hiſpanica controverſiae.* a. XXIIII.

12) *Illuſtres ex Clodouaei Magni hiſtoria controuerſiae.* Argent. a. XXV.

13) *Oratio nuptialis, qua Ludouico XV. Nuptias praeſente Stanislao Rege gratulatus eſt.* Argent. in form. max. a. XXV.

14) *Obſeruationes hiſtoricae, quibus Origines Romanae diſcutiuntur.* in 4. a. XXV.

15) Varia critica ex hiſtoria ſacra et profana. a. eod. in 4.

16) *Analecta hiſtorica.* in 4. ad eod.

17) *De extincto et reſtaurato occidentali imperio.* Argent. in 4. a. XXVI.

18) *Genethliacus, quo Ludovico XV. Delphini natales gratulatus eſt.* in form. max. a. XXVIIII.

19) *De Apotheoſi ſiue conſecrationibus imperatorum Romanorum.* Argent. in 4. cum fig. aeri inciſis addito indice.

Quatuor capitibus liber hic elegantiſſimus abſoluitur; in quorum primo generales quasdam auctor profert obſeruationes, in altero recenſet imperatores, Imperatrices et Caeſares, Romae olim conſecratos, et quae in priſcis monumentis ſuperſunt de eorum conſecratione, adcu-

adcurate exponit. Explicat igitur Achatem illum Sanctae Capellae Pariſienſis, qui ſummis Antiquariis, *Peireſcio*, *Rubenio*, *Harduino*, *Montefalconio*, aliisque multum faceſſiuit negotii. *Schoepflinus* refutatis aliorum opinionibus, veroſimile facit, figuram ibi ſedentem eſſe Auguſtum; eum, qui equo inſidens ad ſuperos euehitur, eſſe Druſum, Tiberii filium; illum denique, qui poſtremo loco adparet clypeum praeferens, eſſe Julium Caeſarem. Exponit etiam infamem illam conſecrationem Antinoi. Tum numum exhibet, in quo imperator Conſtantinus M. ſiſtitur velatus in curru, dextrum tendens verſus aliam dextram e coelo porrectam, quae ipſum ad ſuperos recipere videtur: docet autem, hic non ſignificari veram conſecrationem, etſi in imo numo legatur *Conſ.* id eſt, *Conſecratio*; ſed innui beatum Conſtantini exceſſum ex hac vita et tranſitum ad coelites, nec alio ſenſu capiendum cenſet vocabulum *Diui*, quoties id Chriſtianis tribuitur imperatoribus. In cap. III. caerimoniis conſecrandi expoſitis multos ritus illuſtrium ſepulturarum Romanarum erudite perſequitur auctor: refellit nimirum communem antiquariorum ſententiam de vaſculis lacrimalibus, quae in ſepulcris Romanorum nulla fuiſſe docet: oſtendit contra Kirchmannum, corpora omnino fuiſſe inuoluta haud comburendo: refutauit quoque *Fortunii Liceti*, de lucernis in ſepulcro ſemper arden-

ardentibus ſententiam. In cap. quarto de notis agit et characteribus, qui conſecratis ſolebant tribui: refellit eos, qui viuentibus nonnullis imperatoribus titulum *Diui* Diuaeque tributum fuiſſe exiſtimant. Differit quoque de ſtatuis aureis, quas ponere conſecratis conſueverant Romani. Denique deſcribit anaglyphicas in ſtylobate columnae Antonianae figuras, multa ἀποθεώσεως ſymbola coniunctim exhibentes. conf. Acta Erudit. menſ. Decemb. a. CIƆIƆCCXXX. pag. 550. Deutſche Acta erudit. Part. CLXIII. nr. 2.

20) *Illuſtres ex Brittanica hiſtoria controverſiae* in 4. a. XXXI.

21) *De Auſpiciis Romanorum* in 4. a. XXXI.

22) *De Burgundia cis — et trans - Jurana* Argent. in 4. eod. a. vid. Journal des Savans menſ. Jul. a. XXXI.

23) *Les Armes du Roi juſtifiés contre l'Apologie de la Cour de Vienne.* Strasbourg. a. XXXIIII. in 4.

24) *Illuſtres ex Francica hiſtoria controuerſiae.* Argent. a. XV. in 4.

Conſtat haec diſputatio quinque capitibus, in quorum primo auctor contendit, *Portum Iccium* eſſe de *Witſan;* in ſecundo euincit, Conſtantinum M. non in Anglia, ſed in Dardania natum fuiſſe: in tertio docet, Monachos, qui multa coenobia in Gallia et Germania condidiſſe dicuntur, ex Hybernia veniſſe; in quarto oſten-

oſtendit, *Guilielmum Conqueſtorem* ius regni armis ſibi paraſſe; in quinto denique ſtatuit *Eduardum III.* ius ſuum hereditarium in Gallias declaraturum, legem Salicam haud repudiaſſe, ſed tantum modo explicuiſſe, ita vero, vt nihil ſubſidii inde petere potuerit. vid. Journal de Savans. menſ. Octobr. a. XXXI.

25) *Programma ſecularia inuentae Artis Typographicae celebranda indicens.* A. XXXX. in 4.

26) *Commentationes hiſtoricae et criticae.* Baſil. a. XXXXI. in 4.

Hoc volumine continentur ſcripta, quae ſub numeris 4, 8, 11, 12, 17, 19, 20, 21, 22, 24, 25 commemorauimus. Ex diſſertatione prima excerpta, nouaeque aliae commentationes adceſſerunt. Nimirum

27) *De ſacris Galliae Regum in Orientem expeditionibus* a. pag. 321. ad 366. Hanc anno XXIIII. antea ventilatam diſputat. academicam laudarunt auctores Journal des Savans. menſ. Nouemb. a. XXV.

28) *Dubia hiſtorica* a pag. 427. ad 434.

29) Diſſ. *hiſtorica, qua ſiſtitur Chronologia Romanorum Syriae Praefectorum, Pontificum Judaeorum atque Judeae Proconſulum* a p. 465. ad 498.

30) *Obſeruationes ad librum Diurnum* a pag. 499. ad 532.

31) *Formulae Pacis inter Fridericum Barbaroſſam et Alexandrum III.* a pag 533. ad 536.

32) *In-*

32) *Innocentii VIII. Bulla diſpenſationis inter Carolum VIII. Regem Franciae et Annam, Duciſſam Britanniae data* A. MCCCCXCI. a pag. 531. ad pag. 540.

33) *Recenſio Actorum Conſilii Baſilienſis, quae inter Codd. MSC. regii Nauarrae Collegii etc.* extant a pag. 541. ad 556.

Quoniam regiae academiae Inſcriptionum Pariſienſi adſcriptus eſt, huius Commentariis tres commentationes ſuo quasque loco et tempore inſertas dedit. Nimirum

34) *Super Monumentum Legionis VIII. Auguſtae Argentorati* repertum.

35) *De Gentis Treboccorum origine et ſitu, occaſione columnae in veteri Brocomago* a XXXV. *repertae.*

36) *Super Fragmentum Liuii ex Salernitani Coenobii Cod. MS. olim deſcriptum a Matthaeo Rockio.*

37) *De Typographia ante A.* 1440. *a Gutenbergio reperta, qui cum Dreizehnio ac Heilmanno, Argentinenſibus ciuibus, ſociis ſuis, iam a.* 1439. *litem apud Magiſtratum Argentinenſem hac ſuper re habuit, ex Actis et documentis publicis hucvſque ignotis eruta et demonſtrata.*

38) *Alſatiae Illuſtratae, Celticae, Romanae, Francicae,* Tom. *prior* Colmariae ex typographia Regia fol. cum figuris plurimis aeri inciſis addito indice in fig. max. a. LI. De opere hoc

hoc immortali iam ſupra quaedam diximus. Quae Gebuiller et Obrechtius iam diu tantum promiſerunt, praeſtitit *Schoepflinus.* Primo agit de Alſatia in genere, de eius finibus et nouis et antiquis, ſaltibus, fluminibus, etc. Tum illuſtrat Celticam Alſatiam, et Celtarum antiquitatem, quam a pag. 109. in longo quodam excurſu proponit, vbi vero multis rebus antea obſcuris lucem adcendit auctor. In libro ſecundo Alſatiam Romanam quam a. Chr. 496. Alemanni occuparunt, deſcribit, multaque egregie explicat, quae ad cognoſcendam topographiam et vitae genus, et antiquitatem et ſtatum ſub Romanis politicum, et ad exſtirpatam paganorum ſuperſtitionem et nouum dei veri cultum conducunt. Pari modo verſatur auctor in capite tertio, vt primo loca, regiones etc. adcurate deſcribat, tum, quae hoc temporis ſpatio vsque ad an. 870. politica, vt ita dicam, Alſatiae fuerit facies, enarret, denique de moribus, ritibus, legibus, reditibus, coenobiis, linguae commutatione, ſcriptoribus, aedificiis, numis, eo tempore cuſis, et docte et copioſe et eleganter agat. v. Lipſienſ. ephem. litt. a. LI. pl. 91 etc

39) *Vindiciae Celticae* Argent. in 4. a. LII. Quae in Alſatia illuſtrata breuius ſcripſerat de Celtis, vberius perſequitur in libro hoc doctiſſimo. Omnia loca veterum Graecorum et Latinorum, in quibus mentio iniecta fuit Celtarum,

rum, diligenter colligit, componit, ex hisque oſtendit, Celtas non Germanos, ad iſtos non referendos, ſed Gallos fuiſſe. Quare Volaterranum, Glareanum, Browerum, Cocceium, Spenerum aliosque refutat, qui contendant, veteres Germaniae incolas, non ſolum vna cum Gallis Celtas, ſed etiam Gallos fuiſſe adpellatos, Denique recenſet colonias a Celtis ad diuerſas orbis terrarum partes deductas. v. ephem. Lipſ. Nr. 39. a. LIIII. et Acta eruditor.

40) *Alſatiae illuſtratae Romanae*, ſeu libr. II. ſect. VI. monumenta et liber III. a. LXIII. Valde laudatur a Gesnero in Gotting. Relation. de libris nouis IIII. Faſcicul.

41) *Vindiciae Typographicae* Argent. in 4. a. LX. *cum documentis Typographicarum originum tunc primum editis et tabulis ſeptem aeri inciſis.* Primum tollere ſtudet, quae in vocabulo Typographia obſcura videantur, in primo capite docendo, illo tantummodo innui artem ſingula eaque, quae diuidi diſcernique poſſint, exſcribendi.*) Hanc artem, proprie Typographicam dicendam, *verſatilem*, quae typis mobilibus ſibimet adgregatis exercetur, a Guttenbergio, de cuius vita et arte multa lectu digniſſima

*) *Meermannus* vir ill. in immortali ſuo opere, Origines typographicae, inſcripto. Tom. I. pag. 1. ſqq. omnes dubitationes, quae ex confuſa vocis iſtius ſignificatione oriantur, de plano et ſimplici removet.

ſima commemorantur, Argentorati eſſe inuentam, id quod ex actis hucusque incognitis et a Schoepflino repertis plenius docetur, et a Schoiffero ad perfectionem perductam, docte euincit auctor *). Quae Harlemenſes pro ſe et Laurentio Koſtero dicunt, in cap. VIIImo ſub examen vocat; totamque hiſtoriam et antiquitatem huius artis egregie illuſtrat. vid. ephem. litter. Lipſienſ. pl. 18. a. LX, et Gottingenſ. in quibus copioſe cenſentur et laudantur hae Vindiciae. pl. 30. pag. 257. eiusd. an. III. tamen *Ringio*, quem alioqui propter eruditionem, doctrinarum copiam et amicitiam valde a me coli et amari, palam profiteor, adſentiri nequeo, qui nimia aduerſus ſuum praeceptorem religione ductus pag. 46. „ſcriptis, inquit, typographicis, nouis et nuper demum plenius detectis rerum documentis authenticis, docuit orbem eruditum, *indubiam* eſſe, quam olim iam propoſuerat, ſententiam: ad Guttenbergium Moguntinum et Argentoratenſes prima artis Typographicae initia pertinere, quam omnes, qui, quibus fundamentis et probationibus ſuperſtructa ſit, inſpicere propius et ad Lydium rationis non praeiudicatae lapidem exigere potuerunt, auide arreptam defendunt, et *vsque defendent*, ſi — Meermannum excipias, ami-

*) ſed vide, quae illuſt. *Meermannus* in origin. Typographicis Part. prior. cap. VIII. obiicit.

amiciſſimum hunc quidem Schoepflino, ſed Coſterum hic ſuum Harlemenſem, *obtorto collo* nobis *obtrudere* volentem, *fingentemque pro lubitu*, quae ſuae theſi inſeruire poſſe iudicauerat." Ego vero, nollem, Ringius vir. doct. et humaniſſimus de Meermanno adeo acerbe iudicaſſet. Vir enim hic doctus in praeſtantiſſimo opere ſuo: *Origines Typographicae*, inſcripto Hagae Comit. a. CIↃIↃCCLXV. in maiori quater. II. Tomis, nihil pro lubitu mihi quidem finxiſſe videtur. Exponit dilucide et ſincere totam controuerſiam, nihil celat, in capite VIII. primum cauſſam Argentinenſium ipſe quaſi agere videtur, quibus peractis ſuam profert ſententiam, optimis modeſte corroborat teſtimoniis, et in tomo altero, praeter documenta et teſtimonia typographica, fragmenta et ſpecimina natae artis adcurate recudenda curauit, vt Harlemenſibus gloriam inuentionis iure quodam adſerere poſſet. Haec paucula pro *Meermanno*, viro et doctiſſimo et humaniſſimo, qui vel hoc vno libro, in quo multa adhuc incognita ſcite eruta ſunt, nomen immortalitati tradidit, dicenda viſa ſunt: neque tamen inter *Schoepflinum* et *Meermannum* litem componere audeo.

42) *Hiſtoria Zaringo-Badenſis* Tom. I-VI. m, 4. Carolsruhae a. LXIII-LVI. Ill. *Ringius* pag. 60. de hoc opere ita ſcribit „, Agere coepit cum Principe Durlacenſi —— de conſcribenda Zaringo Badenſi hiſtoria, cuius tom. I. a. MDCCLXIII.

MDCCLXIII, poſtremum menſe Junio a. LXVI Sereniſſimo Principi obtulit. Impulerant Schoepflinum ad opus hoc ſuſcipiendum amor in Principem, in cuius terris primam lucem aſpexerat, amorque adeo in patriam. Heluetica, Brisgouica et Martianae Sylvae Monaſteriorum documenta, quae repererat hucusque incognita, originibus Badenſibus nouam cum accendiſſent lucem, Sereniſſimo Principe, Carolo Friderico volente, probante, aggreſſus eſt opus, quod voluminibus ſeptem forma quarta, quam vocant regiam intra quadriennium abſoluit. Cuius auſpiciis, eiusdem ſumtibus, prodiit opus, Principis.... „Cel. *Hauſen* in Allgemeine Bibliothek der Geſchichte und der einheimiſchen Rechte in Deutſchland. Part. I. tom. I. a p. 91. copioſe recenſuit hoc opus.

43) *Panegyricus Ludovico XV. ſecundum imperii ſemiſeculum ingreſſo dictus.* Argentor. in form. max. a. LXVI.

Commentationum Academiae Theodoro-Palatinae vol. I. (quod menſe Octobr. a. LXVI. obtulit Electori, ſingulis bienniis nouum promittens) inſeruit Noſter.

44) *De Ara votiua Ladenburgenſi imperatoribus et caeſaribus rom. a Moguntiacenſi ciuitate ſeculo III. exeunte dicata* a pag. 183. ad 192.

45) *de Caeſareo Ingelheimenſi Palatio* a. pag. 300 ad 321.

 46) *Orat.*

46) *Orat. inauguralis* et aliae *Schoepflini* in publicis Academiae conuentibus recitatae leguntur ibid. pag. 9. ſqq.

v. Gotting. ephem. litter. pl, 62. a. LXVII. In volumine ſecundo, ſuo tempore publicando comparebunt.

Diſſertatio *ſuper Monumentum ſepulcrale Schrieshemii repertum* et

Diſſ. *vindiciae Rupertinae* inſcripta. Denique *Orationes* in ſollemnibus academiae conventibus iam recitatae.

Alſatia Diplomatica Argent. in form. max. ſub prelo eſt.

M. IOANNES CHRISTIANVS WERNSDORF,

Profeſſor publicus ordinarius Eloquentiae et Poeſeos in academia Helmſtadienſi, Societatis latinae Jenenſis et teutonicae Bremenſis collega honorarius *)

Felix fuit Wittebergenſi academiae et ſacrarum non minus quam elegantiorum litterarum ſcientiae gens *Wernsdorfiana*, atque tres fratres huius domus fama eruditionis orbem adhuc rara felicitate illuſtrant litterarium. Nam natu

*) vid. Des neuen gelehrten Europa Part. XV. pag. 750. Nos vero multa emendauimus et addidimus.

natu maximus *Gottlieb*, in Gymnaſio Dantiſcano eloquentiae et hiſtoriarum profeſſor laude cum multorum librorum tum in primis liticulae, quam cum *Froelichio*, e ſocietate Jeſu, habuit, clarus eſt; alter *Erneſtus Fridericus*, S. S. Theologiae doctor et profeſſor ornat academiam Wittebergenſem; et minimo natu *Johanni Chriſtiano*, quid litterae debeant, in praeſenti videbimus, quum ipſam viri doctiſſimi vitam omnem, quomodo natus, educatus, inſtitutusque ſit, quid munerum geſſerit, quos ingenii foetus ediderit, narrauerimus.

Natus eſt Wittebergae anno huius, quo viuimus, ſaeculi viceſimo tertio d. 11. menſ. Nouembris patre *Gottlibio Wernsdorfio*, theologiae profeſſore et ſummo ſacrorum in agro Wittebergenſi peragendorum praeſule, viro docto et acerrimo diſciplinae antiquioris ſacrae vindice et defenſore. Pater autem a. CIↃCCXXIIII deceſſerat, quum noſter vix ſexennis eſſet; ſed matrem reliquerat, *Margaretham Catharinam* natam *Nitſchen*, filiam natu maximam *D. Gregorii Nitſchen* a conſiliis intimis Duci Holſatio-Schlesuicenſi, et Epiſcopo Lubecenſi, Auguſto Friderico, Tabularii Directoris et comitis Palatini Caeſarei. Quae quum filios contineret, et omnibus virtutibus, quae foeminam deceant, ornata eſſet, prudente domeſtica diſciplina, quae maximam vim habet ad animos pueriles bene fingendos et ad aliquod genus ar-

 tium

tium virtutumque communium adſumendum, filios ita conformatos dedit reipublicae, vt matri prope plus, quam patri deberent. Atque optima mater vberrimos cepit diſciplinae fructus, et poſtquam filios fama, dignitate et muneribus florentes viderat, d. 25 Aug. a. LXIIII Wittebergae, poſtquam ſeptuaginta et vnum annos vixerat, diem obiit ſupremum, plurimos autem vltimae vitae annos Helmſtadii tranſegit. Atque de hac praeſtantiſſima muliere et de domeſticae imitationis diſciplina, qua nulla melior contingere poteſt, quam ſi liberi maxime parentum imitatione erudiantur, et de gente Wernsdorfiana paene idem dici poteſt, quod cel. *Erneſti* *) de familia Riuiniana elegantiſſime diſſeruit. Illa autem diſciplina bene conſtituta, ſumma ſemper cura ſeruata, aemulatione fratrum et inſtitutione tam priuatorum quam publicorum doctorum, veluti ſalubribus alimentis aucta et ſuſtentata fuit. Prima autem litterarum elementa didicit partim a domeſticis praeceptoribus, in quibus praecipue laudat fidem et doctrinam *Chriſtiani Benedicti Milken*, viri humaniſſimi et elegantiſſimi, qui poſtea Scholae cathedrali Numburgenſi Rector praefectus eſt, et M. *Jo. Gottfrid Böttgern*, poſtea Muhlhuſium euocatum, ad Gymnaſium in iſta vrbe moderandum. In patrio autem ludo habuit praecepto-

*) In *Memoria Jo. Florentis Riuini* p. 196. opuſculorum oratoriorum Lugduni Batauorum 1762, quae legiſſe neminem poenitebit.

ceptores M. *Jo. Andream Boden* Rectorem et M. *Gottfredum Wagnerum*, Conrectorem. et a. XXXV. in ſcholam delatus eſt Portenſem, *Friderici Gotthelf Freytag*, *Jo. Fridlibii Stübel*, *Salomonis Hentſchel*, *Jo. Chriſtian Weidner*, *Chriſtophori Hagmanni*, quibus etiam noſter vſus eſt praeceptoribus, et doctrina et diſciplina tum temporis nobilitatam. Inprimis *Freytagius*, in cuius aedibus habitabat, homo graecarum et latinarum litterarum eximia ſcientia praeditus, quem digniſſimus ipſius diſciplinae alumnus, *Erneſti* *) quaſi per tranſennam ſummis extulit laudibus, Graecarum et latinarum ſtudium ita efficaciter iniecit noſtro, vt poſtea etiam, quum in academia ſacris diſciplinis operaretur, permultum illis tribueret temporis. Per ſexennium in hoc doctrinarum ſtadio, tirociniis litterarum puerilium poſitis menſe Sept. a. XXXXI. Wittebergam ſe contulit, atque ducibus illuſtribus *de Berger*, quem praecipue ſectatus eſt, *Haſſio*, *Weidlero*, *Boſio*, fratre natu maximo *Gottlieb Wernsdorfio*, ordini philoſophorum tum Adjuncto, et Adiuncto *Hillero* culturae ingenii et rationis, beneficio litterarum ſeueriorum ac reconditarum pariter atque manſuetiorum operam nauauit diligentem, *Zeibichio* autem, *Hofmanno*, *Bauero* et *Weickhmanno* vſus eſt praeceptoribus in perdiſcendis ſacris

*) in narratione de I. M. Geſnero libr. memor. p. 308.

ſacris doctrinis. Moderantibus *Bauero* et *Bergero* Ephoris Alumnorum Electoralium in quorum numero noſter quoque fuit, aliquoties publicas defendit diſputationes. Academico curriculo feliciter confecto, a. XXXXIIII. laurea philoſophica a Brabeuta Boſio ornatus primum tulit diligentiae praemium. Poſtero anno die, quo memoriam in crucem ſublati noſtri Soteros recolere ſolemus, quique in academia Witebergenſi publica oratione celebratur, praecipiente *Bergero*, cathedram adſcendit, carmine heroico de cruce humanae ſalutis tropaeo recitato. Quod poſtea vna cum Proluſione *Bergeri* eiusque Prologo formulis eſt deſcriptum. Ne vero vitam ſilentio tranſigere videretur, a. XXXXVII. ad vſum communem conferre inſtituit partam doctrinae copiam, ſcholis habendis. Ad facultatem igitur docendi impetrandam more maiorum publicas ventilauit diſputationes, quas cum reliquis eius ſcriptis poſtea indicabimus. Non ita multo poſt, quam copiam ſui fecerat, fuerunt, quibus doctrina et dexteritas et ſolertia *Wernsdorfii* probaretur. Dignum igitur eum iudicarunt, qui ludo moderando praeficeretur, ac pluries eum commendarunt iis, quibus cura ſcholarum delata eſt. Noſter vero in luce academiae, quam in vmbra ſcholaſtica viuere et ad piſtrinum hoc detrudi maluit. Ac quamuis ea ſors plurium, qui mari Aegeo academico ſe committere incipiunt, eſſe

videa-

videatur, vt variis tempeſtatibus iactati et invidia odioque aliorum aut ludo fortunae haud raro diu agitati, magna virium corporis animique et fortunarum iactura facta, in ſplendida miſeria haud raro tabeſcant, donec locum nanciſcantur meliorem; noſter tamen commodius viuere, et laetam fortunae faciem exſpectare potuit Schabbeliano maiori ſubſidio litterario ab huius curatore D. *Daniele Huckio* Senatore Lubecenſi impetrato. Manſit igitur Wittebergae et a. XXXXVIIII. ordini philoſophorum adſcriptus eſt, ventilata diſputatione de vera ratione exorciſmorum veteris eccleſiae. Dum autem ciuibus academicis praelectionibus ſuis et hiſtoricis operam commodauit, viamque ad maiores honores ſibi munire coepit, accidit vt menſe Junio a CIↃCCLII praeter ſpem atque exſpectationem Helmſtadium euocaretur, ad artem rhetoricam et poeticam profitendam. Non diu igitur haeſitauit, num patriam relinqueret, quamquam ſpes profeſſionis extraordinariae in academia Witebergenſi nanciſcendae fuit, ſed menſe Septemb. omnibus fortunis Helmſtadium traiectis, eodem abiit, atque ab eo tempore hiſtoricos, poetas et oratores latinos auditoribus interpretatus eſt. Atque auditores ex eius recitationibus inſignem capturos eſſe vtilitatem et voluptatem, ex eius ſcriptis, in quibus exquiſita doctrina et ſingularis induſtria elucent, haud infelicibus auibus poſſumus augurari.

 gurari.

gurari. Conſuetudinem enim et familiaritatem quandam contraxit cum ſcriptoribus vtriusque linguae antiquis. Praecipue amat poetas, atque, quamdiu ſubſellia Scholaſtica et academica occupauit, quo tempore illae veterum deliciae, a iuuentute imperita quae eas vix primis labiis guſtauit, nec quantam iis, qui ſint eas conſequuti, dignitatem adferant, non ignorat, fere ſpernuntur, omne paene tempus in legendis poetis et graecis et latinis conſumſit: et iuuenem ſtudium poetices et exercitatio adeo delectauit, vt multos haud irato Apolline funderet verſus. Atque Poenickius tomo II. collectionis ſuae multa Wernsdorfii carmina inſeruit. Ode, qua diſputat de vera ratione Exorciſmorum veteris eccleſiae, comiti de Holzendorf dedicata, in ephem. Lipſienſ. pag. 775. a. 1749. valde laudatur. Quo quidem ſtudio, quum ſcriptores pedeſtri ſcribendi genere vſos paullulum negligeret, effecit, vt oratio poeticorum verborum audacia intumeſceret nec cum lenitate profflueret aequabili. Maturiore quidem aetate et firmiore iudicio illum tumorem deſerere et orationem mediocritate quadam ac ſuauitate temperare et condire ſtuduit: ſed veſtigia tamen illius interdum comparent: morbus enim, qui ſemel omnia membra, ſi praecipue tenera adhuc et fluxa ſunt, occupauit, et vehementius ingraueſcit, raro omnino poteſt vinci et tolli, quin quaedam mali in corpore

pore

pore indicia reſideant. Poetarum tamen lectio miram adtulit vtilitatem atque orationem non ſolum pleniorem effecit et cultiorem, eique modum quemdam et numerum parauit, ſed etiam ſententiis illorum et teſtimoniis, neque tamen dedita opera quaeſitis, tanquam gemmis diſtinxit et illuſtrauit. Quando publice laudat principem aliosue, commouetur et ſpiritu quodam adflatus inſurgit altius. Sentit acumen et magnitudinem rerum ac verborum, et pulcre illuſtrat. Naturam et regulas verae ac ſpecioſae eloquentiae bene nouit, eiusque virtutes in ſcribendo eleganter refert, id quod vel ex panegyricis et proluſione de veſtigiis rhetorices in poetis veteris Latii Satyricis cognoſcere poſſumus. Haud enim neſcit, dicere bene neminem poſſe, niſi qui prudenter intelligat. Difficiliora loca facile interpretatur, et dum deſperatis aut male intellectis locis medelam adfert, non ſecat vtrique ſed omnia antea circumſpicit, vnde auxilii et remedii aliquid petere poſſit: quod ex exemplis poſtea adlatis penitius intelligemus: ex quibus etiam patebit, eum omnis antiquitatis et hiſtoriae eſſe peritiſſimum, iisque, quae ex numis et inſcriptionibus veterum cognoſci et illuſtrari queant, callide et perite vti. Laude floret hominis pii, integri, humani atque officioſi. Ac admodum nuper laudauit cl. *Schwebelius* in praefatione ad Vegetium ſuum, humanitatem noſtri, quod tres

tres codices membranaceos, qui in bibliotheca Guelpherbytina ſeruantur, conferendos ſuſcepit, et varias lectiones ex iisdem adcurato ſtudio excerptas ad ipſum transmiſit.

Quae munia in academiis ſunt ſollemnia, et ad quemlibet Profeſſorem, cui locus in facultate, vti dicunt, datus eſt, perueniunt, cum laude geſſit. Pro-Rector enim ter creatus fuit a. CIↃCCLV. tum a. LVIIII. et tertium a. LXV idemque ordinis ſui fuit Decanus. Primum auſpicatus eſt munus Prorectoris oratione de ſtudiis litterarum humaniorum ad vitam et mores referendis; deinde de popularitate ciuili et erudita ad locum Agrar. II. c. 3. et a LXV. denique de vſu ex lectione veterum poetarum capiendo in interpretanda Script. Sacra.

Semel connubium iunxit, in matrimonium die XIIII Jun. a. LIII. ducta Anna Magdalena Hedwiga, vidua Petri Gerikenii Profeſſoris olim medicinae in academia Julio Carolina et Seren. duci Brunſwicenſi a conſiliis aulicis relicta; filia autem *Jo. Juſti Foerſteri*, praeſulis quondam ſacri apud Neoſtadienſes in terra Hannoverana; ex qua duo liberos ſuſcepit *Io. Chriſtian. Gottlieb* et *Louiſam Eleonoram Gottlibiam.*

Quam induſtrius et diligens ſit in legendo et ſcribendo ex indice libellorum, quos edidit, et nos indicabimus, intelligi poterit.

Oratio de cruce humanae ſalutis tropaeo, in memoriam ſeruatoris morientis Witteb. 1745.

Diſpu-

Diſputatio I. *De Hypatia, philoſopha Alexandrina* Praeſ. Jo. Dan. *Ritter*. Witteb. 1747.

Diſputatio II. *De Hypatia philoſ. Alexandrina ſpeciatim de eius cruce* Reſp. Reinh. Ern. Chriſtophoro *Schaeffero*, Gedan. 1747.

Diſputatio III. *De Hypatia ſpeciatim de cauſſis caedis eius* Reſp. Car. Beniam. *Acolutho* a. XXXXVIII.

Diſputatio IIII. *De Hypatia, ſpeciatim de Cyrillo Epiſcopo in cauſſa tumultus Alexandrini caedisque Hypatiae contra Godofredum Arnoldum et Jo. Tolandum defenſo.* Reſp. Ad. Lud. Fridr. *Drechſel*. Mulhuſa Frco 1748.

In quatuor his diſputationibus variis rebus, quae ad hiſtoriam philoſophiae et eccleſiae ſaeculi quinti pertineant, nouum lumen accenditur. Cur autem Hypatia ab Alexandrina plebe furibunda ſit occiſa, alii aliam habuerunt ſententiam. A veritate haud procul abeſſe videtur teſtimonium Heſychii, qui cum Socrate componitur, a plebe propter ſuſpicionem magicarum artium, quarum ope Hypatia lites inter Cyrillum et Oreſtem aleret et augeret, furore adcenſa' illam eſſe necatam. Arnoldus quidem in hiſtoria ſua eccleſiaſtica et Tolandus in ſuo Tetradymo, Epiſcopum Alexandrinum Cyrillum plebem furore inuaſiſſe contendunt, Wernsdorfius autem falſam hanc eſſe criminationem oſtendit, et quae Socrates

de

de hoc tumultu memoriae prodidit, ſingulatim exponit et copioſe perſequitur.

De vera ratione exorcismorum veteris eccleſiae Diſput. pro loco Jo. *Buchero* Gedan. Witteb. 1749.

Prior pars huius diſputat, maximam partem eſt philologica, et praecipue in eo verſatur, vt veterum loca de exorcismis explicet. Exorcismorum catechumenorum ſacro lauacro initiandorum nihil aliud, niſi cohortationem ad emendationem vitae et ardentes preces ad Deum fuiſſe, nec vllam ſubfuiſſe fraudem docet, tum figuras orationis, quibus vſi fuerunt veteres chriſtiani, explicat et componit cum incantationibus, quae idolorum cultoribus fuere ſollemnes, ſed ab illis plane diuerſae. In parte poſteriori euicit poſt tempora Apoſtolorum exorciſmum non miraculis ſed poteſtati Chriſtianorum ſpirituali, vt ita dicam, a patribus eccleſiaſticis eſſe attributum, conf. ephem. Lipſ. pl. LXXXVII. a. 1749.

De veſtigiis rhetoricis in poetis veteris Latii ſatyricis. Programma aditiale. Helmſtad. 1752. Inquirit in naturam artis oratoriae et pulcre illuſtrat *Iuuenal.* Satir. VII, 155, 193. VI, 184, 279, 447, 452, X, 122. *Horat.* Satyr. I. 10, 11, 20 ſqq. *Perſ.* Sat. I, 45, 64, 79 ſqq. 85 ſqq. V, 10 ſqq. et *Lucilii* fragmentum. Merito laudatur in ephem. Lipſienſ. litter. pag. 886 a. 1752.

Pietas

Pietas in ſereniſſimum Ducem Carolum, oratio aditialis die eius natali habita 1753.

De dignitate academiarum, quam capiunt e ſtudiis humanitatis. Oratio in natali academiae Juliae Carolinae habita a. LIIII. Propter nitorem et elegantiam ſtili et ſententiarum laudata in ephem. Gotting. litter. pag. 464. a. LV.

De elogio filiorum tonitru ad Marc. III, 17. Diſſ. epiſtol. ad S. R. Jo. Gottlob. *Carpzouium* Praeſulem Lubecenſem Helmſtad. a. LIIII. conf. ephem. litter. Gotting. p. 416. a. LV. et Kraftii biblioth. theol. Part. 107. p. 596. ephem. Lipſ. pag. 986. a. LIIII.

Progr. *de vita I. Georgii ICti* 1754.

Oratio parentalis J. Georgio Pertſchio academiae Proreſtori dicta a. LIIII. fol.

De Bona mente a Romanis conſecrata progr. a. LV. vid. Vollſtändige Nachricht. a. LVI.

Progr. *in memoriam Franciſci Rothfiſcheri*, a. LVI. in form. max.

De diuinis hominum hoſpitibus ad Ebr. XIII, 2. Progr. die feſto S. Michaelis a LV. De adparitionibus numinum et daemonum multa ex antiquitate explicantur ad illuſtrandam doctrinam de adparitionibus angelorum. vid. Vollſtändige Nachricht a. LVI. pag. 813. ſqq.

De ciuitatibus Aſiae νεωκόροις Progr. ad indicandum ſacrum ſaeculare academiae Duisburgenſis, a. LV. *Withoſius* illud actis, ſacr. ſecul. acad. Duisburg inſeruit p. 160-168.

De

De Chriſto, phoſphoro noſtro ad loc. Luc. I, 78. II Petr. I, 19. Apocal. XXII, 16. item de phoſphoro profanarum gentium. Progr. ſacro Chriſti natalitio propos. a. LV. Cur Chriſtus phosphorus vocetur, varia proferuntur argumenta veriſimilia. Profanarum gentium Phoſphorum, qui in nonnullis veteribus inſcriptionibus occurrit, tamquam medicum et conſeruatorem liberorum et familiarum fuiſſe cultum, eundemque eſſe, qui alias telespherus dicitur, oſtendit *Wernsdorfius.*

De titulo aeterni et perpetui Romanis imperatoribus olim attributo. Pogr. ad indicandam orationem in nuptias Ducis Saxo Vinar. a. LVI.

Oratio panegyrica in connubium Sereniſſimi ducis Erneſti Auguſti Conſtantini et Annae Amaliae, Principis Brunſw. et Luneb. a. LVI. in for. max.

De ritu figendi claui annalis apud Romanos Progr. ad indicand. ſacrum ſeculare academiae Gryphiswaldenſis a. LVI.

De collegio poëtarum Rom. Progr. ad indicandam orationem in natali academiae Juliae Carolinae. a. LVI.

Progr. *de vita Jo. Nic. Frobeſii*, mathem. et phyſic. P. P. O. a. LVI.

Progr. *in memoriam Jo. Conr. Sigism. Toppii*, ICti a. LVII.

Progr.

Progr. *de Fortuna principum* orationi Guil. Gebhardi Brunſwic. in reditum Sereniſſ. Ducis Caroli habendae praemiſſum. a. LVII.

Memoria Laurentii Heiſteri, Medici celebratiſſimi a. LVIII. in 4.

Memoria Chriſtophori Timothei Seidelii, Doct. Theol. et Abbatis. Helmſt. a. LVIII. in 4.

Oratio Parentalis Chriſt. Timoth. Seidelio, Academiae Prorectori, in purpura defuncto d. III Jul. in templo academico *dicta*. Helmſt. a. LVIII. in form. max.

De manſuetudine imperii Romani, Progr. ad orat. Detl. Bots. Sternhagenio Schleſuic. in natali Friderici V. Regis Daniae habitam. a. LVIIII.

Oratio Panegyrica in connubium Sereniſſ. Marchionis Brandenb. Friderici et Sophiae Carolinae Mariae. Princ. Brunſwic. et Luneb. Helmſtad. a. LVIIII.

Ad locum Virgilii Ecl. IIII. verſ. vlt. Progr. ad orationem in nuptias Friderici Marchion. Brandenb. a. LVIIII. in form. max.

Chriſtus Pacifer. Program. ſacro Chriſti natalitio propoſ. Helmſt. a. LVIIII.

Progr. in memoriam Jo. Gottlob Krügeri, Doct. et Profeſſ. Medici Helmſt. a. LX.

De antiquitatibus Balearicis liber ſingularis Brunſ. a. LX. in 4.

Columba ſancta Syrorum Progr. ſacro Pentecoſtali propoſ. 1761. Fundamenti veluti loco

 poni-

ponitur illud Tibulli libr. I. el VII. vers. 17. a. LXI.

Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes.
Alba Palaeſtino ſancta columba Syro?

cel. *Wernsdorfius* docet: Syros ſub columbis et piſcibus, quae animalia diuino cultu proſequebantur, duo principia mundi conditi, *aerem* et *aquam*, mente et cogitatione ſibi concepiſſe, atque hunc opinionis errorem ex verbis Moſis Gen. I, 2. male intellectis ortum eſſe. *Wernsdorfius* ipſe ſub finem diſputationis pag. 22. omnia breuiter ita complectitur. „Neque igitur temerarium iudicamus aſſerere, cultum columbae apud Syros documentum fuiſſe traditae antiquitus religionis in Spiritum Dei creatorem mundi, quae mature in ſuperſtitionem et idololatriam degenerarit."

Ad locum Senecae conſolationis ad Polyb. c. 36. Progr. ad orationem honori et memoriae Sereniſſimae Principis Viduae Antonettae Amaliae, Ducis Brunſu. et Luneburg. dicatam. Helmſt. a. LXII. in form. max.

De Deo Primogenito. Progr. ſacro Chriſti natalitio propoſ. a. LXII. In hac proluſione cl. auctor diuerſos ſignificatus, quos apud varios auctores et diuerſas ſectas obtinuit vocabulum Dei Primogeniti, explicare inſtituit. Agit igitur primum de Altari, ab imperatore Auguſto, vt Suidas teſtatur, iuſſu oraculi Del-

phic

phici, Deo Primogenito exſtructum, quam quidem fabulam ex inſcriptione quadam Fortunae Primigeniae praue intellecta ortam eſſe, ita oſtendit, ut ad veritatem quam proxime adcedat. Tum de Dea Primigenia, de Orphei Θεῷ πρωτογόνῳ et Valentini Primigenia Tetracty Aeonum docte diſputat

Progr. *de vita Godofr. Ludov. Menkenii.* ICti et Facult. Iurid. Ordinar. a. LXIII. in forma max.

Dies ſanguinis et Hilaria Romanorum cum Paſchate Chriſtianorum collata. Progr. ſacro Paſchali propoſ. a. LXIII.

Primum docet, myſteria Matris Deum ritibus formuliſque paſchalibus Chriſtianorum a Philoſophis maxime Platonicis adcommodata, deinde ab eccleſia Romana ritus quosdam ex eadem ſollemnitate in paſcha translatos eſſe, ſingulis diebus, qui in Kalendario antiquo memorantur, illorumque ritibus conſideratis, oſtendit. Quia etiam diem ſanguinis et Hilaria nullus ſcriptorum ante ſeculum P. C. N. tertium memorat, ſacrum illud Matris Deum, quod menſe Martio fiebat, olim minus ſollemne, nec pompa publica, ſed tantum a ſacerdotibus in ipſis adytis ritu Phrygio peractum, poſtea vero publica auctoritate celebritateque accepta, faſtis publicis conſignatum fuiſſe exiſtimat. Hunc recenſum cel. *Klotzii* ex Act. lit-

ter. vol. I. part. II. a. CIƆIƆCCLXIIII. ſumtum huc tranſtuli.

Progr. *in memoriam Jo. Georg. Alberti Kippingii*, Med. Doctor. et Philoſoph. P. P. O. Helmſt. a. LXIII.

De principibus et populis Ἀδελφοις *ex numis et monumentis antiquis*. Progr. ad indic. orat. in nuptias Sereniſſimi Principis her. Caroli Guilielmi Ferdinandi et Auguſtae, Regiae Brittanniarum Princ. a. LXIIII. fol.

Summa diſputationis huius elegantiſſimae haec eſt. Vrbium et populorum ἀδελφότητα ſaepius memorant antiqui ſcriptores. Rationum vero et cauſſarum, quibus nitebatur fraternitas, altera in origine populorum eſt, altera in eorum foederibus et pactis: altera conſtat natura et cognatione, altera concordia et mutuis officiis. Originem populorum et vrbium ſpectat ἀδελφότης, ſi vel auctores et conditores habent communes, vel coloniae ſunt eiusdem. Hinc vrbes dicuntur matres et parentes aliarum, quibus originem, emiſſis colonis, dederunt. Ipſae Metropoles, quum colonias emittunt, dicuntur *parere* et *gignere*, et quaſi parentes ſolebant ſuos colonos vocare liberos, poſteros, conſanguineos, neceſſarios; et quemadmodum his adfectum parentum praeſtare ſolebant, bene conſulendo, iuuando, bella ab iis et calamitates prohibendo; ita viciſſim ab iis pietatem et reuerentiam ſibi exhiberi poſtulabant,

bant, quam qui non praeſtarent, impietatis arguebantur. Quae e patria ciuitate exierant coloniae, patrios deos, et aucta ſacra, ſermonem item, magiſtratus, mores, ritus, et inſtituta antiquae patriae ſeruabant, quod maxime inluſtri conſtat exemplo Maſſilienſium, qui a Phocaeenſibus oriundi, quamuis gentibus diſſimillimo ingenio circumfuſi eſſent, Graecae tamen originis mores et ritus per multa ſaecula ſeruarunt. Coloniarum munus erat, bellis gerendis auxilia mittere et vectigalia pend re tum matribus ſuis, tum aliis inuicem coloniis, contra vero prohibere, quae iis detrimento eſſe poſſent: quae quidem omnia *Wernsdorfius* nummis aliisque antiquitatis monimentis laudatis vberius probauit. Eiusmodi tamen ſocietas inter gentes etiam non cognatas ſanctis foederibus et pactis ſolebat inſtaurari, aut quae vetus interceſſerat neceſſitudo, iisdem renouari; quae quidem proprie tum vocabatur Κοινωνία aut ὁμονοια ciuitatum; et nihil erat aliud, quam ἀδελφότης mutuo conſenſu et pacto ſtabilita. Ob eandem ὁμονοιαν vrbes dicebantur ἀδελφοι, atque in hiſtoriarum marmorumque veterum monimentis varia decreta ciuitatum reperiuntur ad mutuam concordiam ſancita. Apud *Edm. Chishullum* (Antiquit. Aſiat. pag. 130.) Hierapytnii et Prianſii inter alia ſibi ſtipulantur μεταχαν καὶ θειων καὶ ἀνθρωπινων παντων, rerum omnium diuinarum humanarumque communionem.

Ad res autem diuinas ſpectat communio religionum, deorum, fanorum, ludorum publicorum et iuris hoſpitii. Ad res contra humanas pertinet ἰσοπολιτεια, aequum ius ciuitatis, quod idem adferebat poteſtatem honores magiſtratusque in altera ciuitate gerendi, communionem fori et conuentus, quibus in commune conſuleretur, agendi facultatem: tum Επιγαμιαι, quae inſinuant libertatem ex altera vrbe vxores ducendi, quae iis praecipue populis concedebatur, qui origines ſuas ad eandem ſtirpem referebant: ἐγκτησις poſtea, h. e. ius coemendi poſſidendique fundos et domos in altera ciuitate: Ατελεια denique, ſiue ius commercii, quod liberam mercium inuectionem et aſportationem concedit, cum immunitate a vectigalibus et portoriis. His explicatis de regibus et principibus Αδελφοις agit, quod nomen ſubinde Principibus ob communionem imperii et concordiam eſſe additum, quum inter omnes conſtet, numos ſumit interpretandos, quorum in vtraque area iuncta duo capita regis et reginae conſpiciuntur, et alteri parti adſcriptum eſt ΘΕΩΝ, alteri ΑΔΕΛΦΩΝ: cuius generis numos aureos *Spanhemius* (de pr. num. tom. I. pag. 422.) duos exhibet, drachmalem et vncialem; *Begerus* (theſ. Brandenb. tom. III. pag. 30.) ſemuncialem: in his autem interpretandis in diuerſas abeunt ſententias viri docti. *Spanhemius* probabiliter adfirmat, eſſe capita Pto-

lomaei

lomaei Philadelphi, eiusdemque coniugis et ſororis Arſinoes, cum vtriusque parentibus, Ptolomaeo Lagide et Berenice. *Begerus* quidem capita Ptolomaeorum cum vxoribus in his numis eſſe concedit, ſed inſcriptionem diuidendam eſſe cenſet, ita vt Θεων ad Ptolomaeum Lagi et Berenicem, iam Diuos; Αδελφων autem ad Philadelphum et Arſinoen referatur. „Ipſi vero, inquit clar. *Wernsdorfius*, arbitramur, non parentum et liberorum capita hic conſpici, ſed omnium ἀδελφων, adeoque elogium Θεων Αδελφων non ſeparandum, ſed ad vtrumque par coniugum referendum videri; ſumtum enim eſt a quibusdam Diis, Oſiride et Iſide, Ioue et Iunone, Apolline et Diana, qui paſſim Θεῶν Αδελφῶν elogio reperiuntur inſigniti. Iam in vno numi latere Ptolomaeum Philadelphum cum Arſinoe exhiberi, vix eſſe dubium videtur. In altero autem quinam ſtatuendus ſit, non ſatis liquet. Fortaſſe Ptolomaeus Ceraunus eſt, Philadelphi frater cum Arſinoe ſorore, Lyſimachi vidua. Siue enim haec diuerſa fuit a Philadelphi coniuge, potuit omnino, quum nuptias eius Ceraunus expeteret, ſimulque concordiam fratris Philadelphi per epiſtolas deprecaretur; tam laetabilis videri Aegyptiis fratrum ſororumque Regum coniunctio, vt ſingulari numo repraeſentarent: ſiue autem Lyſimachi vidua, quod plurimis videtur, eadem eſt, quae Philadelpho nupſit,

 poſt

poſt mortem ſaltem ſingulorum dignum viſum eſt hoc reginae cumduobus fratribus matrimonium, cuius memoria in numo ſeruaretur. Fortaſſe etiam Magas, Cyrenarum rex, Philadelphi frater, exprimitur, cuius vxor Arſinoe, niſi ſoror fuit, ſaltim ex propinquis fuiſſe videtur.„

Aliud ille idque illuſtrius fraternitatis Principum exemplum reperit in numo Sardianorum, quem *Morellius* (Specim. rei num. tab. XV.) deſcripſit: cuius in anteriore area legitur: Δρουσος Γερμανικος Καισαρες Νεοι Θεοι Φιλαδελφοι et ambo principes conſpiciuntur ſedentes; alter ſimpulum, alter lituum tenens: In poſteriori ſcriptum eſt Ἐπι Γαιου Ασινιȣ Πολλιωνος Ανθυπατȣ, et in corona querna; Κοινȣ Ασιας. Celebratur hoc numo memoria Druſi, Tiberii Imp. filii, quem Pontificem ſimpulum indicat, et Germanici, qui per Tiberii adoptionem Druſi frater hic augur lituo ſignificatur. Communitas Aſiae, cuſo hoc numo ſub Proconſule C. Aſinio Pollione, dolorem ſuum teſtatur ob amiſſos intra breue temporis ſpatium Principes, quorum concordia ad memoriam inſignis erat. Adpellantur Νεοι Θεοι Φιλαδελφοι, vt intelligatur, ab Aſiaticis poſt mortem in deorum numerum relatos, et Dioſcuris, Caſtori et Polluci, quorum mutuus amor celebratur, aequiparatos eſſe. Eodem honore Caracalla et Geta adficiuntur in numo Epheſiorum apud *Morellium* (l. c. tab. II.) quo amborum capitibus ſubie-

ctum eſt elogium Νέοι ἥλιοι, *Noui ſoles*, in altera vero area ad latera Dianae Epheſiae vtrimque viſuntur Dioſcuri equis inſidentes, et ſupra duo Soles: quibus ſignis videntur Caracalla et Geta Caſtori et Polluci aequari, quaſi auſpicata romano imperio ſidera.

Oratio Panegyrica, qua Sereniſſ. Carolo Guil. Ferdinando Principi Heredi, et Auguſtae Regiae Brittann. Princ. Duci Brunſu. et Luneb. nuptias auſpicatiſſimas, Londini die XVI. Jan. celebratas publico Academiae nomine ſubiectiſſimo gratulatus eſt, habita d. V. Mart. a. LXIIII. fol.

In eleganti hoc panegyrico laetitia exultat animus *Wernsdorfii:* laudat Principis ſui virtutem et gloriam et triumphos; laudat nouam vxorem, praeſagit commoda, quae hoc ex connubio in patriam redundabunt. En ipſius verba! „Ita autem inſtructa mihi eſt dicendi ra„tio, vt quae connubium Sereniſſimi Principis „Heredis decora illuſtrant, quantum fieri poſ„ſit, luculente exponam, et quas inde bene ſpe„randi gaudendique cauſſas habeamus, veſtris „omnium animis ſubiiciam.“ Digreditur ad locos communes, ad laudem domus Guelphicae vtriusque, ad fortitudinem magni Herois Ferdinandi; modo aperte et ſimpliciter narrat, et ducit exempla ab antiquitate; modo incaleſcit et commouetur ac magnitudinem verborum et ſublimitatem ſententiarum Plinianam effingit

et animi ſenſa copioſe ac varie exprimit. Lectores' autem ingenium et dicendi genus, quo *Wernsdorfius* vſus fuit, quo luculentius perſpiciant, locum quendam inluſtrem excerpam. Ita vero pag. 8. dicit. „Neque vero longius petenda ſunt laetitiae noſtrae argumenta, ſed veluti in conſpectu omnium poſita oculis animisque noſtris vltro ſe ingerunt. Quid enim, non illa publica gaudii communis, illa populorum fere omnium gratulabunda vox, quae adhuc perſtrepere et aſſultare auribus noſtris videtur, noſtra ſtudia commoueat, noſtrum incitet gaudium? Deflagrauit tandem funeſtiſſimum luctuoſiſſimumque bellum, quod ſex et amplius annos per varias orbis terrarum partes fatali incendio graſſatum populos et terras plurimas ruina et vaſtitate exhauſit. Tu praeſertim communis patria, infelix Germania, quam pertinax fortunae inclementia in praecipua rerum diſcrimina implicauerat, quas calamitates, quae fata luctuoſa experta es! Incenſis ad internecina odia colliſisque inter ſe potentiſſimis gentibus, vidimus, quod adhuc horret animus, inundatos ſanguine et cadaueribus oppletos campos, fumantes in ruinis ruderibusque ſuis vrbes, exhauſtas immani exactione prouincias, omnia fame, inopia, ſqualore, lamentis horrida. Ex iſta caligine moeſtitiae communis, ex his tenebris calamitatum, ex his pauoribus vltimi exitii nunc tandem emerſit patria, et

popu-

populos iam fere deficientes confectosque miſeriis reſtitutae pacis euentus, quaſi noua luce, recreauit. Jam quietis, gaudii et bonae ſpei eunt tempora, vbique gratulationes audiuntur, et omni cura id agunt populi, vt quae ſuperiore bello proſtrata et fracta fuerant, erigantur denuo, et reparentur, vt Reip. partes, debilitatae adeo, cum tempore conualeſcant, et duraturae felicitatis ſtatus ad poſteros confirmetur. Et nos quoque ex multiplici calamitate, quam belli furor inuexerat, iam releuari et reſurgere incipimus, idque inter haec tranquillitatis noſtrae initia optamus maxime, vt ea confirmetur in dies, et ad poſteros aetatesque futuras continuetur. Tu inter haec vota laetitiae noſtrae CELSISSIME PRINCEPS HERES quaſi nouum nobis fortunae publicae ſignum effers. Tuum connubium pax publica primum conciliauit, pacis gratulationes exhilarant, pacis bona comitantur, et quam olim veteres ex pace reſtituta et connubiis Principum ſibi promittere ſolebant felicem temporum reparationem, iam plena ſpe experimur. Nam quem admodum, vbi poſt noctis tempeſtuoſae tenebras, quam immanis horror turbinis, et cadentium ignes fulminum terribilem effecerant, ſudum tandem coelo redditum exoriens ſolis iubar plenius illuſtrat, tum laetari homines et ſerenum iturum diem augurari; ſic Tui connubii quaſi pulcri ſideris exortus efficit, vt, qua nunc frui coepimus

mus tranquillitate rerum, eam perennem fore et firmam et nouis auctibus exaggeratam ſperemus. O auſpicatum igitur et felix connubium, quod tantae ſpes tantaeque gratulationes comitantur. Romani inter auſpices nuptiarum Deos Pacem colebant et Concordiam. Tuis nuptiis, PRINCEPS SERENISSIME, pax orbis terrarum dat auſpicium, et exorta tot regnis et populis, inprimisque Germaniae, exoptatiſſima Concordia ſalutisque lux tibi quaſi facem nuptialem praelucet. Merito igitur Tuorum omnium ciuium ſic excitatur pietas, vt inter publicas plurimarum gentium gratulationes laetentur impenſius, et de recuperatae pacis dono ſibi maxime gratulentur, vt quibus illa prae aliis populis bonum multo maximum et exoptatiſſimum attulit connubium Principis Heredis, plurium maximorumque bonorum ſeriem poſt ſe habiturum. Nam procliue eſt omnibus augurari, auguſtum connubium, auſpicante Pace et propitio adeo Numine contractum, pacis perpetuae fructum, et cum ea ſecuritatem, quietem et plurium generum felicitatem commodaturum. Neque vero pacis ſolum gratia, ſed etiam belli honos, et rerum ante geſtarum gloria, qua cum maxime effulges ipſe, connubium Tuum condecorant. Audire enim mihi videor eximias laudes et voces gentium exterarum, reuerentia et admiratione plenas, quibus connubium Tuum proſequuntur, feliciter,

feli-

feliciter! acclamantes, et Te heroem fortiſſimum, defenſorem patriae, decus Germaniae, gloriam Guelforum nuncupantes.„ Alio loco audacius ſurgit.“ Applaudit et exſultat Britannia, quae poſt porrecta in vltimum terrarum orbem arma ſua, poſt iniecta Oceano frena et contabulatum claſſibus mare, poſt admirabiles terra marique partas victorias, poſt donatam denique orbi terrarum pacem nihil gloria ſua dignius, nihil illuſtrius, nihil optatius et laetabilius hoc connubio habet, quo regiae familiae clariſſimum Principem Germaniae innecti videt.

Memoria Jo. Jacobi Hentſchii, Prof. Mathem. a. LXIIII. 4.

Ad locum Calpurnii Eclogae I. Programma inuit. ad oration. panegyr. in Connubium Sereniſſ. Principis Reg. Boruſſiae cum Sereniſſima Principe Brunſuicenſ etc. a. LXV.

Simplici et naturali modo explicat verba *Calpurnii* Ecl. I. 84.

Scilicet ipſe Deus Romanae pondera molis
Fortibus excipiet ſic inconcuſſa lacertis,
Vt neque translati ſonitu fragor intonet orbis;
Nec prius ex meritis defunctos Roma Penates
Cenſeat, occaſus niſi quum reſpexerit ortus.

Hic locus impeditum habet ſenſum et interpretes magnopere torſit. At in magno ſententiarum diuortio cl. *Wernsdorfius* neque a recepta lectione, quam omnes libri probant, vllo in

verbo

verbo recedit, neque in ipſa ſententia quicquam obſcurum et difficile relinquit. Ita vero locum exponit: Ipſe deus graue romani imperii onus tanta eius tranquillitate, et tanta cum virtute ſuſcipiet, vt ex illa mutatione imperii, dum in manus ſucceſſoris transfertur, nulla commotio, nullus tumultus oriatur, nec prius Roma defunctum Caeſarem ob merita acceſſiſſe putet diis Penatibus, quam eum occaſum exortus noui principis palam fecerit. Singula poſthaec verba explicat, exemplisque aliorum ſcriptorum et numorum ſuam fulcit interpretationem. *Ipſe Deus* eſt Carus Imperator, vti numi teſtantur. Per *Romanae pondera molis* intelligit poeta grauiſſimas pro imperio gubernando curas, et reſpicit ad eum morem, quo ſtatuae et imagines imperatorum fingi ſolebant globum manu tenentes. Hic enim globus ſeu ſphaera ſymbolum erat orbis terrarum habitabilis et nationum imperio Romano parentium. *Vt neque* —— *orbis* eleganter dicitur, quod conuerſiones et mutationes rerum publicarum, quales hoc loco intelligit Calpurnius, alias ſaepe orbi commoto et circumacto aſſimulantur. Fragorem et ſonitum (quae quidem vocabula de magnis regnorum conuerſionibus haud raro vſurpantur,) ab orbe illo translato abfuturum dicit poeta, quod ſucceſſionem noui Principis ſalua pace et tranquillitate publica ſine vllo tumultu aut turbatione imperii

futurum

futuram eſſe praedicat. In poſterioribus verſibus ſingula vocabula ſignificatione maxime vſitata ſunt accipienda, ita vt *ex meritis* notet propter vel ſecundum merita, *defunctos* mortuos vel vita functos; *Penates* deos tutelares deinde *ex meritis* referendum eſt ad *cenſeat*, *defunctos* ſubiectum eſt, *Penates* praedicatum; et verbis naturali conſtructionis ordine collocatis, haec eſt ſententia: Nec prius Roma cenſeat defunctos ob eximia merita eſſe penates. Merita autem proprie dicuntur res fortiter bello geſtae, quibus vrbes, populi, res publicae vel conſtituuntur vel ſeruantur. Talibus meritis heroes coelum merebant, et inter deos referebantur, et qui propter merita ſublati erant in coelum, Penates aut Lares dicebantur earum gentium, ad quas ea merita pertinerent. Hinc imperatores Romani poſt mortem conſecrati ob merita vel vera cenſebantur inter Romanorum penates, quos et Romani in larariis ſuis collocare et colere ſolebant. Penates autem fiebant conſecratione publica, quae Senatus conſulto ex mente defuncti Principis decernebatur. Qua propter vtendum fuit Calpurnio verbo *cenſeat*, vt in re, quae in publico conſilio, ſaltem in opinione hominum verſabatur, maxime ambigua verba, *Occaſus niſi quum reſpexerit ortus*, quorum ſententia maxime pendet a vero ſignificatu verbi *reſpexerit*, plano modo explicat. *Reſpicere* autem hoc loc notat

tranſire

tranſire, poſt ſe relinquere, vti apud *Ouid.* Faſt. IIII. 678. ita vt *ortus* caſu primo, *occaſus* autem quarto accipiatur, et ſenſus emergat: *niſi quum ortus noui imperatoris ſignificauerit occaſum* vel *obitum prioris.* *Ortus* autem, *oriri, oriens* de ſucceſſoribus imperatorum et auſpicio imperii dicitur. Atque hinc *Oriens Auguſti*, quae inſcriptio in multis Caeſarum numis occurrit, non bellum in Oriente geſtum, aut victoriam a populo Orientis reportatam ſignificat, vt plerisque numorum interpretibus placet, ſed auſpicia ſuſceptionemque imperii celebrat. Expreſſa eſt pleramque ſub ea inſcriptione figura ſolis, cum capite radiato, globum, inſigne imperii, manu protendens. Hunc Romani pro deo tutelari imperii et Genio imperatoris colebant, quod romanum imperium iisdem, quibus ſolis curſum, terminis contineri, magnifice exiſtimabant. Hunc Calpurnii locum illuſtrat et confirmat verbis auctoris epithalamii Maximiano et Conſtantino dicti, quae idem pulcre interpretatur. Ex his videmus ſobrietatem Critici noſtri elegantis, atque ſperare poſſumus elegantem fore, quam parat, editionem Poetarum venaticorum et bucolicorum latinorum, *Gratii, Nemeſiani* et *Calpurnii*: ad quam adornandam multa iam collegit ſubſidia, et obſeruationibus illuſtrare iam incepit. Adiunget illis minora poëmata veterum de re ruſtica et hortenſi.

De

De Angelo perditore, ad varia loca ſacri codicis Programma, die feſto Michaelis propoſ. a. LXV.

Ad hiſtoriam natiuitatis Chriſti annotationes e re poetica. Progr. in ſacro natalicio Seruatoris propoſitum. a. LXV.

v. Theologiſche Berichte von neuen Büchern von einer Geſellſchaft in Danzig. P. XXX. pag. 731.

Memoria Io. Chriſtophori Dommerichii, Logices et Metaph. P. P. O. a. LXVII.

Spem quoque nobis fecit nouae editionis *Papinii Statii* et *Macrobii*, atque a tam arctiſſimo vſu, quem habet cum veteribus, a tam ſagaci et prudenti critico vtiles nos accepturos eſſe editiones, certo ſperare et confidere haud nefas fore arbitror. Multas praeter ea commentationes quae ad antiquitatem Romanam pariter ac Chriſtianam, ad litteraturam et eloquentiam Romanam, ad hiſtoriam veterem et poeſin ſpectant, maximam partem elaboratas in ſcriniis ſeruat, quae oblatis occaſionibus, quae quidem in academiis crebrae ſunt, lucem ſubinde adſpicient. Noſter enim, ſi materiam quandam, non ſatis claram atque noua inueſtigatione dignam inter legendum et meditandum deprehendit: ſtatim illam mente complectitur, vlterius inquirit, quae chartae mandauit, auget, emendat, limamque addit, donec publica luce digna videtur.

M. IOANNES GRAMM,

*Regi Danorum a conſiliis ſtatus et iuſtitiae, intimus Archiuarius, Hiſtoriographus et Bibliothecarius: Linguae graecae Profeſſor ordinarius in Academia Hafnienſi; concilii ſacri Adſeſſor; Senior academiae et regiae Societatis doctrinarum collega *).*

Gramm, Aalburgenſis, e Iutlandia ortus, primam lucem adſpexit d. XXVIII. Octobr. a. CIↃIↃCLXXXV. Patre vſus eſt *Nicolao*, verbi diuini miniſtro apud Bierbienſes et Mygdalenſes, in litteris, quae ab humanitate nomen habent, et hiſtoria probe verſato; matre autem, *Anna*, nata *Shulen*. A patre ipſo puer formatus litterisque eruditus fuit, donec ad litterarum ſtudia magis imbibenda videretur idoneus, qui academicis admitteretur praelectionibus. Abiit autem a. CIↃIↃCCIII. Hafniam, atque noſtrum in hoc illuſtri muſarum domicilio, more in academiis recepto, ſcholas doctorum adiiſſe, et tempus in litteris bene et diligenter conſumſiſſe, ex ſcriptis, quae non ita multo poſt edidit, firmiſſimis teſtimoniis doctrinae atque eruditionis, non obiter libatae, nec intra vnius alteriusue anni ſpatium ſibi partae, facile poſſumus intelligere. Quos vero audierit magiſtros, dicere nequeo, quoniam hac de re nihil memoriae proditum

*) Debemus hanc vitam Ephemer. litter. Gottingenſ. IIII. Zugabe zum Merz a. CIↃIↃCCXXXVIII.

proditum reperi. Atque in vitae hominis docti enarratione facile poſſunt praeteriri nomina, quorum ab ore pependerit, doctorum, quorum quidem memoria in animis diſcipulorum numquam delenda eſt; at, quum maxime ſint ignobiles, quid noſſe illos iuuat orbem litterarium? et niſi cum conſuetudo ſaeculi tum opinio quorundam hominum id flagitaret, plerumque omitterem. Inter ea tamen eos nominare praeſtat, quos quis praecipue ſectatus eſt, et aliquando imitandos ſibi propoſuit, quoniam inde et vitae et litterarum, quas praecipuo proſequutus ſit amore, et opinionum, quas poſtea adoptauerit, cauſſa et origo haud raro intelligi et peti poteſt. Noſter autem, qui a patre humanitatis amorem quaſi innatum et hereditate relictum, poſtea, inſtitutione adcedente, magis confirmatum acceperat, in academia potiſſimum delegerat ſibi ducem *Paullum Vindingium*, qui litteras graecas magna cum laude docebat. Atque hic nullam dimiſit occaſionem optimo diſciplinae ſuae alumno declarandi, quanti eius diligentiam atque ingenium aeſtimet, et quantam de eo ſpem foueat.

Iam vero *Grammius* ſpem atque exſpectationem de ſe conceptam non ſolum confirmauit, ſed etiam vicit, quum non ita multo poſt, quam ciuibus adſcriptus fuit academicis, ſcriptiunculis inclareſcere coepit. Vbi enim a. CIƆIƆCCV. Baccalaureus dictus fuit, anno ſequenti cathe-

 dram

dram praeſens ornauit defendendo diſputationem pulcre conſcriptam.

De origine Geometriae apud Graecos. Eamdem tulit laudem plauſuſque, quum ventilaret.

Diſput. Archytae Tarentini fragmentum περὶ τῆς μαθηματικῆς, *cum disquiſitione Chronologica de aetate Archytae.* CIƆIƆCCVII.

Diſput. *particula obſeruationum ex ſcriptoribus antiquis.* a. CIƆIƆCCVIII. quo anno iura et honores Magiſtri artium adeptus eſt.

Specimen obſeruationum Graecarum ad Arati Phaenomena. Diſp. a. CIƆIƆCCX.

In his ſcriptis quum inſignem litterarum graecarum proderet peritiam, non potuit plurimorum, qui de pretio illis ſtatuendo arbitri et iudices ſedere poterant, fauorem ac patrocinium ſibi non parare. Inprimis rerum ſacrarum praeſul, *Chriſtianus Wormius*, vir egregiae eruditionis, tam re quam conſilio noſtrum mirifice iuuit, et apud regem Danorum, Fridericum IIII, ſua effecit auctoritate, vt *Grammius* a. XI. huius ſaeculi Conrector ſcholae, vti dicunt, Metropolitanae, atque a. XIIII. Profeſſor linguae Graecae in academia conſtitueretur: quod nouum munus capeſſiuit habita diſputatione:

Hiſtoria deorum ex Xenophonte: ſeu antiquitatum Xenophontearum Prodromus: cui ſpecimen ſupplementi Lexicorum ex Xenophonte adnexum fuit. a. XV.

Sunt

Sunt forte, quibus talis labor irritus et incaſſus eſſe videatur: enimuero equidem arbitror, neminem *ſyſtema*, vti loqui ſolent, quoddam aut compendium graecae antiquitatis omnibus numeris abſolutum, eſſe conſarcinnaturum, niſi quidam ſingulos, certe praecipuos auctores graecos, aliaque antiquitatis, quae ſuperſunt, monimenta pari diligentia, et paullo diligentiori delectu perſequuti fuerint, ac *Grammius* noſter in hoc prodromo et *Feihtius* in antiquitatibus Homericis fecerant. Quos quidem nos habemus huius generis libros, maioris minoriſue molis, in iis plerumque ritus et conſuetudo diuerſorum temporum, quin etiam populorum miſere confunduntur et commiſcentur: neque ſemper et vbique cogitarunt illorum auctores, aliam rempublicam fuiſſe Atticam; aliam Laconicam; aliam Boeoticam; aliam aliarum gentium. Iam alia harum rerumpublicarum et caerimoniarum et rerum ciuilium non minus domeſticarum et militarium ac ſacrarum facies fuit tempore Homeri; alia tempore Xenophontis; alia Callimachi; alia ſequentis aeui: quam quidem diuerſitatem temporis, niſi ſit manifeſtiſſima, plerumque negligunt compendiorum et proluſionum in quibus particula antiquitatis illuſtrari dicitur, ſcriptores, qui fontes longiſſime inter ſe diſſitos, vno tempore adire ex iisque haurire geſtiunt, et auctores plane diuerſos nulla aetatis et loci ratione habita, ad ritum quendam

 expli-

explicandum, promiſcue ex indicibus aliisque diſputatiunculis excitant, nec antea auctores, eo annorum ordine, quo quisque inclaruit, curioſe perlegunt. Hinc etiam hiſtoriam et antiquitatem artium atque artificum et litterarum, quam tamen ad imitationem et doctrinam maxime neceſſariam cenſeo, aut plane omittunt, aut leuiter attingunt, aut turpiter explicant et confundunt.

Grammius autem, ad quem redeo, num promiſſis ſteterit, editis antiquitatibus Xenophonteis, equidem reperire non potui: alium vero auctorem, eumque difficiliorem poſtea ſibi ſumſit explanandum, Thucydidem, et publici iuris fecit.

Caſtigationes et ſcholia in Thucydidis libros. a. XXI. et XXII. Hoc quoque anno ſuſcepit laborem critico et interpreti doctrinae ſacrae perquam vtilem, octo diſputationibus ſubinde publicatis.

De veteris Teſtamenti verſionis Graecae in nouo Teſtamento allegatione.

His ingenii et eruditionis libero dignae ſpeciminibus editis non deerant praemia, quibus ad maiorem curam et diligentiam, quae quidem in eo inſignis iam fuit, acueretur. Anno enim CIↃIↃCCXXX. a rege Danorum Chriſtiano VI. honore et dignitate, vt ſibi a conſiliis iuſtitiae eſſet, vel potius adpellaretur, et munere Archiuarii intimi, hiſtoriographi et bibliothecarii ornabatur.

nabatur. Atque ſe non indignum fuiſſe his inſignibus, nouam editionem Cragii annalium aliaque opera hiſtorica parando ſatis oſtendit. Anno enim CIƆIƆCCXXXVIII. in lucem edidit.

Nicolai Cragii Annalium libros VI, quibus res Danicae ab exceſſu regis Friderici I. ac deinde a glorioſiſſimo rege Chriſtiano III. geſtae ad annum vsque MDL. enarrantur. His additi Stephani, Io. Stephanii hiſtoriae Danicae libri duo, quibus reliqua laudatiſſimi regis acta deſcribuntur. Cum praefatione, indicibus et aliis quibusdam acceſſionibus. in forma maxima.

Grammius, reliqua, quae adiecerat, vt omittam, in praefatione de hoc opere vitaque Cragii copioſe et pulcre diſputat. vid. Ephem. litter. Lipſienſ. pl. LXXIX. pag. 704. a. CIƆIƆCCXXXVIIII. Dein

Molleri Cimbriam litteratam docta praefatione ornatam.

Plurimum vero temporis et operae a multis annis tribuit

Corpori diplomatum ad res Danicas,

quod autem opus mirifice laudatum, iuſſuque regis Chriſtiani VI. ſuſceptum et ad vmbilicum perductum in lucem edere non potuit, quoniam die XVIIII Martii a. CIƆIƆCCXXXXVIIII. viribus corporis vigiliis nimiaque ſedulitate conſumtis et exhauſtis debitum naturae reddidit; paucis tamen ante annis a. XXXXV. nouo eoque ſplendido honore conſiliarii ſtatus regii inſignitus.

ſignitus. Illud autem opus, valde optatum preloque iam paratum, et quod voluminibus aliquot conſtaret, in tabularium regium inferebatur: num lucem adſpexerit, equidem ignoro.

Aliis praeter ea libellis menſtruis doctas obſeruationes inſeruit. In miſcellaneis nouis Lipſienſibus tom. II. pag. 229. extat diſputatio epiſtolica

De Henrici Aucupis expeditione Danica

atque ante obitum miſerat directori illorum miſcellaneorum collectionem epiſtolarum a doctiſſimis viris praeterito ſaeculo conſcriptarum ab ipſoque variis obſeruationibus illuſtratarum *).

Oratio in natalem regis Chriſtiani VI. quam anno CIↃIↃCCXXXXIIII. Rector academiae huius nomine dixit, legitur, in tom. VI. bibliothecae Danicae; atque tom. VII. inſerendam curauit

Orationem de *origine et ſtatu rei litterariae in Dania et Norwegia vsque ad fundatam a glorioſiſſimo rege Chriſtiano I. vniuerſitatem Hafnienſem.*

Multum operae addixit ſocietati doctrinarum Hafnienſi **), cuius auctor et ſodalis fuit, eiusque commentationes tribus tomis ab hac ſocietate publicatis, ſummum adtuliſſe ornamentum,

*) v. Ephemer. litter. Lipſienſ. p. 213. a. 1748.

**) De huius ſocietatis origine et auctoritate vid. ephem. litter. Gotting. pag. 665. a. 1747.

tum, in ephemeridibus litterariis Gottingenſibus pag. 284. a. XXXXVIII. laudantur. Nos vero eas indicare poſſumus, quae reperiuntur in parte tertia dictae Societatis commentationum, quae inſcripta eſt: Scripta a Societate Hafnienſi bonis artibus promouendis dedita, Danice editorum, nunc autem in latinum ſermonem conuerſorum *). In parte hac tertia extant Grammianae obſeruationes

1) *De ſacrorum in Dania reformatione, quam rex Chriſtiernus II. animo agitauit.*

2) *De nomine et adpellatione regis Chriſtierni.*

3) *Expoſitio de artificio naturae, quo certarum rerum imagines in feneſtris gelu obductis repraeſentantur.*

4) *De vocabulo Danico* Arilds Tiid, *vt et nomine virili proprio* Avrild. Dani enim, ſi vltimum tempus, quo quid adcidiſſe fertur, indicare volunt, illud ore tritum *Fra Arilds Tiid*, hoc eſt, ab antiquiſſimo tempore, vſurpant.

Erga amicos fuit liberalis ad ornandaque ſuis obſeruationibus aliorum ſcripta perquam facilis; et quae in bibliotheca adſeruabat rariora, aliis lubentiſſime dedit quae publicarentur. Hinc notas, quibus *Meurſii hiſtoriam Danicam* illuſtrauit, *Lamio* miſit, quas exemplo Meurſii operum Florentino ſuo quasque loco insereret.

Gisberti Cuperi et *Ottonis Sperlingii epiſtolas mutuas*, in quibus multa ex antiquitate graeca

K 5 et Ro-

*) v. Ephem. litter. Gotting. pag. 79. a. 1747.

et Romana pertractantur, e ſua bibliotheca depromta communicauit cum *Poleno*, qui illas in parte quarta, *vtriusque theſauri antiquitatum romanarum graecarumque* nouorum ſupplementorum, congeſtorum (a Io. Poleno, Venetiis a. 1739.) ab initio typis exſcribendas curauit.

Hauerkampio, nouam editionem Ioſephi operum paraturo, ex Mſpto Roſtgardino varias collegit lectiones, quarum ope multa ille loca deprauata corruptaue ſanauit. Haec ſunt, ingenii Grammiani monimenta, quotquot ab aliis indicata equidem reperire potui: num plura extent, ſilentibus actis litterariis, quae ad manus ſunt, me ignorare haud diffiteor.

Faſces academicos his tenuit: ſaepius autem moderatus eſt res ordinis philoſophici, cuius ſenior ab anno CIↃIↃCCXXXI; ſenior autem totius academiae ab anno CIↃIↃCCXXXX. fuerat. Semel iniit matrimonium; coniuge autem non ita multo poſt nuptias morte ſibi erepta ad ſecundas tranſire noluit.

Non ſolum apud regem, quem iuuenem litteris erudiuit, ſed etiam apud regis amicos et proceres aulae et ciuitatis et academiae magna valuit auctoritate, quam ſibi eruditione ſua infinita non minus quam vrbanitate et elegantia morum, qui temperati moderatique fuerunt, et humanitate erga ſuperiores pariter atque inferiores parauit. In vitae conſuetudine fuit religioſus erga deum; conſtans in amicitia, hilaris

ris inter familiares, officioſus et munificus erga adflictos, quippe ad miſericordiam facile poterat commoueri; quas inſignes virtutes ſingulari modeſtia ornauit. Hinc ab omni ſordida auaritia, coeca ambitione et ſuperbia, omnique vita triſti et moleſta, vitio multis doctis hominibus valde communi, et quod Pedantismum vocare ſolent, quam maxime abhorruit. Erga peregrinos fuit liberalis et humanus, et cuilibet operam ſuam praeſtitit, quod non ſolum ex iis, quae paullo ante memorauimus, colligi poteſt, ſed etiam a Fabricio et Wolfio, Hamburgenſibus, omnibus laudibus ſaepe depraedicatum fuit. In omni paene litterarum genere fuit verſatus, praecipue autem in graecis et latinis et hiſtoria populorum. Dicendi genere vſus eſt probabili et latino *). Multum in eo fuit iudicii acumen, et potiſſimum incredibilis memoria, ita vt eſſet viua quaſi bibliotheca, et oraculum in vrbe ſua, quod omnes, rebus dubiis et explicatu difficilioribus conſulerent. Litteras libroſque, quorum ingentem habuit numerum, omnibus deliciis et quae aliis amoena iucundaque viderentur, longe antepoſuit. Ad doctiſſimos homines, quos Germania, Anglia, Italia et Galliae eo tempore aluerunt, mutuas easque frequentes miſit litteras. Nemini enim ceſſurus videbatur diligentia et ſedulitate, atque die ante obitum, quem immodica litteris vacandi libidine ſibi accele-

*) v. Lipſienſ. ephem. litter. pl. 41. pag. 364. a. 1745

celerauerat, inter libros et chartas ſuas, ab amicis ipſum viſuris, deprehendebatur *).

M. IACOBVS FRIDERICVS HEVSINGER

*Rector Scholae Guelpherbytanae, et Societatis latinae Ienenſis collega honorarius **).*

Natus eſt *Heuſingerus* d. XI. menſ. Aprilis a. XVIIII. huius ſaeculi Vſebornae, qui vicus in Wetterauia ſitus ad Stolbergenſis principis ditionem pertinet, patre *Chriſtiano Andrea*, praecone verbi diuini, et matre *Benigna Maria Boehleria.* Primum patre ipſo vſus eſt praeceptore, quo fatis intercepto, Laubacum, quod Comitum Solmenſium eſt oppidum, conceſſit, quoniam patruus, *Nicol. Franciſcus Heuſingerus*, Scholae Laubacenſis rector curam noſtri ſuſcepit. Quod vero alter patruus, *Io. Mich. Heuſingrus*, omnis humanitatis peritiſſimus, cuius vita in primo volumine deſcripta legitur, Gothanum Gymnaſium fama nominis et doctrinae tunc illuſtrabat, annum decimum quartum natus Gotham ſeceſſit, atque ab hoc litterarum vindice et ſtatore, non ſolum bonis artibus litterisque eruditus, ſed etiam filii loco habitus eſt: id quod noſter poſtea gratus profeſſus eſt in dedicatione, qua patruo Plutarchi libellum de liberorum educatione ſacrum

*) v. Lipſienſ. ephem. litt. pl. 24. a. 1748. et Gottingenſ. pag. 284. quarti ſupplementi a. 1748.

**) v. *Dommerich* proluſ. de officiis ſcholarum erga principes Wolfenbutt. a. 1750.

crum eſſe voluit: "Si qua eſt, inquit, in me „Graecos Romanosue ſcriptores intelligendi ſo-„lertia, quam comparare omni ſtudio ſemper „laboraui, aut ſi qua mihi eſt cognitio morum „priſcorum ac rituum, qua me non infitior mi-„rifice delectari, aut ſi ab his in doctrinis reli-„quis, quibus ingenium excolere adniſus ſum, „aliqua lux mihi fuit adcenſa, earum rerum „omnium vel inprimis Tibi -- gratias a me deberi „agnoſco. Nam poſt immaturum patris mei ex „hac vita diſceſſum, cum in reliquis omnibus „adfectum patris mihi exhibuiſti, tum vero et-„iam in erudiendo me tantam operam tantumque „poſuiſti laborem, vt ſaepe in eam inciderem „cogitationem, an a defuncto patre, ſi diuina „decreta longiorem ei vitam conceſſiſſent, ma-„iore, immo an pari indulgentia atque amore „potuerim educari? Sunt quidem non pauci, „quos multa beneficia in me contuliſſe recordor, „Tuorum tamen meritorum erga me tanta eſt am-„plitudo, vt hebes forem atque ingratus, niſi „intelligerem ac prae me ferrem, praeter fra-„trem Tuum -- Nicolaum Franciſcum, qui vt „ingenio Tibi ſimillimus et ſtudiis eſt coniunctiſ-„ſimus, ita etiam me inſtituendi et exornandi „curam Tecum partitus eſt, quem pari pietate „atque obſeruantia colere debeam, me plane „habere neminem. Et profecto ſi parentes „amandi et venerandi ſunt, qui naturali lege „impulſi ea nobis tribuunt, quae ſine turpi fla-gitio

„gitio non poſſent omittere; quanto amore, „quanto cultu, quanto denique obſequio Tu „mihi proſequendus es, qui nullis, certe laxio„ribus, vinculis adſtrictus ea beneficia mihi „praeſtitiſti, vt plura ab amantiſſimo patre pro„ficiſci non potuiſſent." Haec verba ideo huc transtuli, vt et dicendi ratio et vitae noſtri particula inde aliqua ex parte cognoſci poſſet. Atque, quum ſubſellia adhuc premeret ſcholaſtica, eos iam in litteris fecit progreſſus, vt *Io. Michael Heuſingerus* eius opera in conficiendo indice ad Aeſopi fabulas vti poſſet, quam ille in praefatione ad ſuam fabularum editionem laudat.

Maturus noſter academicis, inſtitutionibus a. CIƆIƆCCXXXXVII. petiit Ienam. Intererat quidem ſcholis theologorum et philoſophorum; ſed amore litterarum manſuetiorum captus, et in eo inſtitutione vſuque patrui confirmatus, monimentis antiquitatis, quotquot ab iniuria temporis et barbariei vindicata ſunt, verſandis plurimum tribuit temporis, atque cum Graecis et Latinis fabulari, iocari et philoſophari maluit, quam genio vt plurimum perdito indulgere academico. Semper latuit in muſeo, libris quaſi ſepultus; deambulatione raro ſe recreauit, quod quidem praeter alia vitae incommoda morbum illum ipſi contraxit moleſtum et diuturnum, quo omnes paene litteris nimium intenti laborare ſolent. Latinae ſocietati, quae in hac celebri muſarum ſede floret, non multo poſt, quam Ie-

nam

nam venerat, adſcriptus, illius nomine varias concinnauit commentationes. Atque eius doctrina adcurataque litterarum intelligentia mox eluxit. Hinc factum eſt, vt, quum ciuis adhuc eſſet, academicus, bis commendaretur et deligeretur, cui munus offerretur ſcholaſticum. Primum Werthemum ad munia Rectoris obeunda, deinde Altenburgum ad officia Conrectoris peragenda fuit inuitatus. Conſilio autem patronorum aliorumque motus has deprecatus eſt prouincias, et ſummis honoribus a. XXXXIIII. in philoſophia impetratis, ſcholas cumprimis philologicas aperuit, vitae academicae ſe conſecraturus. Secus autem viſum fuit ſummo numini.

Sexennium enim poſtquam Ienae cum laude docuerat, nuncio vitae academicae miſſo, a. CIƆIƆCCL. Guelpherbytum abiit ad munus Conrectoris in ſchola huius vrbis celebri capeſſendum, quod officium ſibi oblatum eo lubentius ſuſcepit, quo magis in auguſta, qua illa vrbs ſuperbit, bibliotheca, et quae Mſptis aliisque praeſtantiſſimis libris abundat, animum paſcere ſitimque explere commodius et iucundius poterat. Vbi vero a. LVIIII. *Dommerichius*, qui nuper admodum media aetate deceſſit, munere Rectoris abiret, prouinciam doctoris Logices et Metaphyſices in academia Helmſtadienſi nactus, *Heuſingerus* huic ſucceſſor datus eſt, atque, quantum valetudo fragilis minusque conſtans permittit, adhuc muneri ſuo dextre et perite prae-

praeeſt, ſuaeque diſciplinae alumnos ad fontes illos omnis humanae ſapientiae prudenter ducit. Ab eorum enim magiſtellorum vmbratilium diſciplina longe abeſt, qui, dum Graeca docent, huic ipſi linguae leuiter intincti, praeter Plutarchi libellum de liberorum educatione aliquot tantummodo capita e nouo foedere miſere explicant, neque tamen mire non iactitant: quo vero more perdito omnem litterarum graecarum amorem in animis iuuenum, quoniam dapes numquam ſapiunt graecas, delent et exſtirpant. Atque ego, ſi, quid ſentio, dicere fas eſt, eorum conſuetudinem valde peruerſam et pernicioſam eſſe arbitror, qui nullum plane graecum ſcriptorem propter ignorantiam diuinae huius linguae ſuis exponant, et per ſingulas hebdomadas bis terue particulas N. T. exiguas ad taedium vsque interpretari iubeant, in minutiisque tantum verſentur. Ad academias enim conuolantes diſcipulos, haud raro animaduerti, vix nomina virorum ſummorum, quos Graecia tulit aluitue, a Mentore ſuo, qui lectionem profanorum illorum hominum ſapienter interdixit, ne mentes adoleſcentulorum illa corrumpantur, vel potius ne ignorantia et ſecordia doctoris vmbratilis prodatur et cognoſcatur, ne fando quidem audiuiſſe. Adtonitos nouitate veluti quadam vidi eius generis homines, nominatis Orpheo, Lyſia, Anacreonte, Bione, Luciano, Heliodoro aliisque. Atque equidem cenſeo, in ſcholis inferioribus

ribus nouum teſtamentum, quoniam argumentum plerumque notum eſt, verborum tamen ſeries rite intellectu difficillima, diſcipulis vel parumper, vel, quod malim, plane non eſſe proponendum: plus contra temporis lectioni hiſtoricorum, oratorum et poetarum graecorum impendendum: explicationem autem N. T. vberiorem ſcholis academicis, multis ex cauſſis, quas heic copioſe perſequi, nec loci nec temporis eſt, relinquendam: ex qua docendi ratione tam litteris quam diſcipulis plus adlatum iri puto mihique perſuadeo vtilitatis, quam ex peruerſa illa vulgari graeca tradendi conſuetudine. *Heuſingerus* igitur, ſagacior et prudentior litterarum doctor, ſuis alumnis theſauros Graeciae aperit; et modo cum Homero fertur in ſublime; modo cum Tragicis lacrimetur; modo cum Comico iocatur; modo cum Theocrito per prata et ſiluas et paſcua iucunde errat; modo cum Callimacho hymnos cantat; modo oratores, modo hiſtoricos ad delectationem atque imitationem proponit. Pari modo verſatur in explicandis romanis ſcriptoribus ac vtramque artem criticam cum rerum et pulcritudinis tum maxime verborum ſuos docet. Bonus eſt Grammaticus; egregius et ſobrius criticus; praeſertim in interpretandis graecis reliquiis multum praeſtitit. Atque, ni fallor, maior litterarum Graecarum quam Latinarum in eo eſt intelligentia; nec dubito adfirmare, paucos in Germania eſſe, qui tanta et tam adcurata valeant litterarum graecarum peritia,

itia, quantam in *Heuſingero* eſſe videmus. Hanc eandem laudem ipſe *Klotzius*, quocum tamen habuit liticulam, noſtro impertit *) qui, "ex animi, ait, ſententia loquor. Semper ego cl. Heuſingerum, virum harum litterarum et Graecarum inprimis, peritum eſſe iudicaui, eumque, qui non ſolum Heuſingeriani nominis famam bene tueatur, ſed etiam hac tempeſtate in Germania rem litterariam egregie ornet et inuet." Digniſſimus eſt Heuſingerianae famae heres et alumnus patrui ſui, cui tamen laude nitoris et elegantiae ſcribendi generis atque orationis non ſolum electione ſed etiam conſtructione verborum conformatae meo quidem iudicio, cedere videtur, quamquam noſter probabili et tereti dicendi genere vtitur. In vtroque autem deſideres leporem quemdam facetiasque et eruditionem libero dignam, ac ſubtili venuſtate atque vrbanitate coniunctam, quas virtutes Cicero inprimis commendat, a paucis vero noſtri aeui philologis aeque feliciter et eleganter, ac a Facciolato, Geſnero Klotzioque etc. expreſſas reperies. Omnem antiquitatem Graeciae Latiique noſter callide et probe nouit. Poeſin quoque attigit, nomineque ſocietatis latinae plura fudiſſe fertur carmina, ſed praeter pauculos verſiculos quum nihil illorum legerem, nolo iudicium ferre temerarium. Modeſtus eſt in ferendis et defendendis ſententiis, ac verecundus in oppugnan-

*) vid. Chriſt. Adolphii *Klotzii* miſcellanea critica Traiecti ad Rhenum a. CIↃIↃCCLXIII. pag. 44.

oppugnandis aliorum opinionibus, ſi a defendenda Corneliani fragmenti, quod reperiſſe ſibi videbatur, opinione diſceſſeris. Vt primum autem aduerſarium ſuum cognouit, modeſtiae et verecundiae legibus optime paruit. Humanus eſt et officioſus et in tanta occupatione vitae munerisque, amicis lubentiſſime ſeruit, qui opera eius in conferendis graecis MStis, quibus bibliotheca Guelpherbytana excellit, vti velint: quam humanitatem plures palam laudauerunt; praecipue autem cl. *Fiſcherus*, qui in praefatione ad Theophraſtum a ſe editum: "Heuſingerus meus, ait, vir de litteris graecis praeclare meritus, miſit ad me, quae eſt eius hoc in genere incredibilis humanitas, lectiones excerptas ſumma diligentia e duobus codicibus chartaceis Marquardi Gudii, qui, mortuo domino, cum reliquis venerunt in bibliothecam Guelferbytanam.

Quae edidit *Heuſingerus*, numerum ſi ſpectes non admodum multa ſunt, praeſtantia autem et eruditione ſuperant multa ingentis molis volumina.

Ex iis, quae Ienae publicauit, in notitiam meam venerunt

Diſp. *Codicis MS. qui Aiacem et Electram Sophoclis continet, breuis deſcriptio in eiusdem tragoedias obſeruationum ſpecimen.* Reſp. Friderico Guilielmo *Liebe*. a. XXXXV. Adſeruatur hic codex chartaceus, qui ſaeculo decimo quarto,

quamuis non ineunte, ſcriptus videtur, in bibliotheca Ienenſi academica, et continet ſcholia adhuc in edita, quae vna cum codice *Heuſingerus* in docta hac diſputatione deſcribit et exponit: deinde adcedit ad indicandas varias easque praecipuas lectiones, quas vel diiudicat illuſtratue vel illarum ope quibusdam locis medicam haud infeliciter adfert manum, vbique autem egregii critici agit perſonam: Vt vnicum adferam exemplum in verſ. 910 Electrae

Νεακόνητον ἆιμα χειρῶν ἔχων

vbi Heſychius aliique recentiores lexicographi ἆιμα pro gladio vſurpatum adnotarunt, quae vero metaphora Iohnſonio audacior videbatur, quam vt ſtare poſſet, vt ait, et ἆιμα χειρῶν ἔχων duriuſcule mutat in ἐν μάχαιραν ἔχων; noſter ingenioſa et facili coniectura, pro ἆιμα ſubſtituit ἧμα telum, quo vocabulo etiam Homerus pari modo Iliad. ψ v. 891. vſus eſt. Quilibet dapum graecarum cupidus mecum optabit, vt cl. *Heuſingerus* perficiat promiſſa, quae in fine huius diſputationis dederat: "Haec, inquiens, ſpeciminis loco ſufficere poſſe videntur, quae ſi eruditis cenſoribus non omnino diſplicuerint, omnia me conſequutum arbitrabor. Simul fiet, ut ad ſimiles obſeruationes in Sophoclem aliosque ſcriptores graecos conſcribendas reddar alacrior. Superſunt enim vt in plerisque Graeciae antiquae monumentis, ita praecipue in Sophoclis tragoediis non pauca, quae nondum ſatis emen-

data

data et explicita videntur." Atqui quis *Heuſingero* melior huicque operi magis idoneus reperiretur, quem vero hucusque vel aliae eaeque grauiores occupationes vel aduerſa valetudo, quacum perpetuo confliċtatur, vel duritiés bibliopolarum, ab hoc negotio perficiendo retinuiſſe videntur. Accepimus eum, ni fallor, Euripidis Hecubam egregio commentario illuſtratam variis obtuliſſe bibliopolis, qui vero, licet viro quodam celeberrimo commendante, operam et ſumtus denegauerunt, et lucelli nimium auidi, verſiculos, quamuis irato Apolline conſarcinnatos aliosue libros Romanenſes, quam libros huius generis et vtilitate et doctrina praeſtantiores ſuis impenſis prelo committere malunt.

De locis N. T. Math. XVI, v. 13. et 20. Lucae VII, 47. Iac. II, 18. *quos Criticus Anonymus in corruptionis ſuſpicionem nuper vocauit, diſputatio.* Rſ. *Frid. Guiliel. Noldio* ao. 1746. Autor quidam ephemeridibus Altonae prodeuntibus, plag. 84. menſ. octobr. ao. 1747. criticas aliquot in N. T. obſeruationes ſuppreſſo ſuo nomine inſerens locis memoratis manus iniecerat violentas; cuius verba haec ſunt: "Menda „quatuor librariorum in N. T. obſeruata. I) „Math. XVI, 13. omiſſo με ſic ſcriptum ini-„tio vocabulum videtur; τίνα λέγεσιν ἄνθρωπον „εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Confirmant hanc „correctionem loca parallela Marci VIII, 27. et

„Lucae IX, 18. vbi cum *με* exhibeatur omiſ-
„ſum *τον υἱον τοῦ ἀνθρώπου.* Ex quo apparet Ma-
„thaeum, cum *τὸν ὑιον τοῦ ἀνθρώπου* ſcripſit, vi-
„ciſſim *με* omiſiſſe. II) Math. XVI, 20. De-
„lendum videtur nomen Ιησοῦς. Probabiliſſi-
„mum hoc facit v. 16. in quo Petrus ad Ieſum
„ait: Σὺ ἦ ὁ Χριςὸς. En et Ioannis Verba ca-
„pite XX. v. 31. Vbi ſe ideo ſcripſiſſe ait hi-
„ſtoriam ſuam, vt lucide cognoſcatur a lectori-
„bus, *ὅτι ὁ Ιησοῦς ἐςὶ ὁ Χριςός.* III) Lucae VII,
„47. eiectum ſuo loco videtur *ὅτι.* Certe ſi ſic
„legas Οὗ *χάριν, λέγω σοι, ὅτι ἀφέωνται αἱ ἁμαρ-*
„*τίαι αὐτῆς πολλαὶ, ἠγάπησε πολὺ* melius reſpon-
„dent quae ſubſequuntur. *ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται,*
„*ὀλίγον ἀγαπᾷ.* IV) Iacobi II, 18. Itidem
„traiectionem librariorum obſeruaſſe mihi vi-
„deor. Ita enim ſcripſiſſe credo Apoſtolum *ἀλλ*
„*ἐρεῖ τις. Σὺ ἔργα ἔχεις, κἀγὼ πίςιν ἔχω.* Loquens
„enim inducitur homo fidem iactans ſed bo-
„norum operum minime ſtudioſus.

„Priores tres obſeruationes quin iuſtae ſint
„cum vix ac ne vix quidem dubitare poſſem;
„confirmatior ſum redditus, cum inſpexi varias
„in N. T. lectiones in editione Millii. Hic
„enim deprehendi manuſcriptos codices, qui
„meas illas ſcripturas exhibent. Quarti quoque
„loci emendatio mea in mentem ventura fuiſſe
„videtur Millio, niſi in eam opinionem inci-
„diſſet, quae quidem certo falſa eſt, loquenti
in

„induci pium virum et fere Chriſtianum. Hactenus ille. *Heuſingerus* Criticum hunc audacem inque pandectas ſacras iniurium preſſe ſequitur, diluit eius criminationes, locaque egregie vindicat et pulcre illuſtrat.

Diſſertatio epiſtolica de donariis poëtarum nomine ſocietatis latinae conſcripta. Ien. ao. 1746. Hanc diſputatiunculam valde auctam et mutatam in editione ſua Plutarchi libelli de liberorum educatione pag. 187. recudendam curauit. Poëtae, morem aliorum ſequuti, diis donaria obtulerunt, et propria ac vſitatiſſima fuere, quibus Deorum grâtiam remunerarentur, carmina et verſiculi; credo, inquit *Heuſingerus*, quia haec maxime ſuadebat, quae hoc genus hominum comitari ſolet, rei familiaris anguſtia. Me vero facile aliquis adduceret, vt crederem, quoniam Poëtae, ſe deorum ſacerdotes eorumque numine adflatos canere opinantes nullum donum diis iucundius fore, quam laudes in honorum dei cuiusdam, cuius adflatu ad canendum excitati eſſent, forte arbitrabantur. Poſtea commemorat celebratum illum tripodem Heſiodi, cuius haec inſcriptio circumfertur:

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τὸν δ' ἀνέθηκεν
Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι, θεῖον Ὅμηρον.

quam ita latinam reddere tentauit:

Heſiodus poſuit Muſis Heliconis alumnis
Chalcide quum cantans diuinum vicit Homerum.

 Vbi

Vbi nec ipſum Heſiodi certamen cum Homero, nec victoriam Chalcidicam Heſiodi, nec Epigrammatis veritatem in dubium vocare audet. Quam maxime autem occupauit diligentiam eius Eurydicis Illyriae epigramma, quod *Heumannus* in miſcellaneis Lipſienſibus a Pezoldo editis Tom. IX. pag. 157. illuſtrauit face critica vſus. En verſus ipſos!

> Εὐρυδίκη ἱεραπολιῆτις τόν δ᾽ ἀνεθηκε
> Μέσαις εὔιςον ψυχῆ ἑλῦσα πόθον
> Γράμματα γὰρ, μνημεῖα λόγων, μήτηρ γεγαυῖα
> Παίδων ἡβώντων ἐξεπόνησε μαθεῖν.

In ſecundo verſu *Heumannus* coniectura adſequutus ſibi videtur, legendum eſſe Μέσαισι ςύλον. At *Heuſingerus*, ab *Heumanno* diſſentiens, in primo verſu πίνακα, *tabellam* ſupplendum eſſe, et quidem, talem tabellam, in qua nil aliud, quam nobile illud epigramma ſcriptum erat, atque poematium hoc non inſcriptionem donarii, ſed ipſum fuiſſe donarium autumat. In altero verſu locum vocabuli εὔιςον requirere cenſet epitheton vocis πόθον, quum vero iſtud εὔιςον, aut alia ſcriptura εὔοιςον haud ſatis commode hanc vicem praeſtare queat, in eius ſedem repoſuit εὔηςον et πόθον εὔηςον ψυχῆ *animo iucundiſſimum deſiderium* ſignificare credit.

Denique ſententiam epigrammatis his verſibus reddit latinis:

Eury-

*Eurydice Muſis Hierapolitana *) dicauit*
Dulcis quae voti ſe vidit eſſe ream
Diſcere nam licuit iuuenum iam prole beatae,
Quae doctrinarum ſunt monumenta, notas.

Plutarchi de liberorum educatione commentarius cum noua interpretatione latina et adnotationibus Chriſtiani Auguſti Heumanni: editionem curauit; Guil. Xylandri ſuasque obſeruationes addidit Iacobus Frider. Heuſingerus accedunt indices locupletiſſimi. Lipſiae apud Müllerum ao. 1749.

In editione hac parabili *Heuſingerus* multa loca partim negligentia partim inſcitia ſuperiorum editorum turpiter deprauata, egregie ſanauit ſuoque reſtituit auctori, qui labor praecipuus fuit. Quam maxime autem abhorret, quod valde laudandum videtur, ab inanitate et ſtoliditate eorum Criticorum, qui varias tantum lectiones ſine vllo delectu et ingenio coacceruant, gloriamque in muſtaceo quaerunt. Interdum loca difficiliora ex antiquitate et toto philologiae ambitu pulcre illuſtrat. *Heumannus* interpretationem Xylandri vltro ſubmiſit, ſed ita a ſe interpolatam atque emendatam, vt illa plane noua

*) in edit. ſua Plutarchi locó *Hieropolitana*, quoniam hoc vocabulum metrum turbat, *hierapoli orta* ſubſtituit. Ceterum in ſua permanſit ſententia. Vt autem ex ungue leonem, ita ex hoc ſpecimine critici noſtri prudentiam et ſagacitatem cognoſcere poſſumus.

noua videri debeat, quam integram, qualem acceperat, exhibuit *Heuſingerus*. Praeterea *Heumannus* magnam copiam adnotationum codici ſuo adſcriptas Heumannus ſubminiſtrauit, e quibus noſter eas tantum, quae abſolutae et perfectae viderentur, et potiſſimum criticas emendationes delegit, nouisque inſeruit exemplaribus. In obſeruationibus ſententiam Heumanni ſaepius reliquit, et in alia omnia diſceſſit. Denique *Ioannis Henrici Rappii* pleniſſimum indicem, quo omnia fere vocabula copioſe illuſtrantur, inſigniter vero auctum et emendatum adiecit. *Heuſingerus* vir clar. quamquam multum temporis et diligentiae in paranda hac editione poſuerit nec exiguam eamque iuſtam inde tulerit laudem; ſpero tamen, fore vt repetita editione multa reſecet, multa addat mutetque et maiori eruditionis adparatu, parce tamen nec more multorum temerario profuſe et nimium largiter adpoſito exornet auctorem, quoniam eum haud vnice edidit in vſum tironum, quod quidem ſub finem praefationis ipſe ait. In hac quoque ſpondet alacrem et paratum animum ad edendos plures ſcriptores antiquos, et fortaſſe ad emendandos alios Plutarchi libros, quo quidem labore, ſi otium ſupereſt, multos ſibi deuinctos reddet veterum ſcriptorum amantes.

Proluſio in Plutarchi librum de amici et aſſentatoris diſcrimine commentatio critica. Guelpherbyti ao. LI.

Progr.

Progr. de quatuor euangeliorum codice graeco, quem antiqua manu in membrana ſcriptum Guelpherbytana bibliotheca ſeruat ao. LII.

In Plutarchi librum de amici et aſſentatoris diſcrimine, commentatio critica; quae miſcellaneis nouis Lipſienſibus vol. X. plag. 2. num. 6. ao. LVII. inſerta legitur.

Flauii Mallii Theodori de metris liber, ex antiquiſſimis membranis bibliothecae Auguſtae deſcriptus animaduerſionicus breuibus emendatus. ao. LV. in 4. Laudatur in actis litterariis Gottingenſibus plag. 105. ao. 1756. et a *cel. Klotzio* in nouis Actis eruditorum m. Ianuar. a. 1759. Klotzius in miſcellaneis criticis cap. 7. pag. 30. huius Mallii editionis aliquot loca illuſtrat emendatue.

Prol. de verſibus Horatianis, quibus eques importunus Lucilii defenſor facete reprehenditur cauſſa parum manifeſta ab Horatio abiudicatis. Wolfenb. ao. LVIII. Indicatur in Lipſ. Ephem. litt. ao. 1759. p. 517.

Prol. de Nepote Cornelio bene merendi aliquot ſubſidia bibliothecae Guelpherbytanae, ao. 1759. in 4to, quam cl. *Fiſcherus* editioni ſuae Cornelii adiiciendam curauit. Clariſſimus *Heuſingerus* haec fragmenta codici Philippicarum Ciceronis orationum, vndecimo cenſet ſaeculo exarato, praeſcripta Cornelio Nepoti attribuit, et genuina Nepotis monumenta ex indiciis tam manifeſtis tamque conſentientibus elucere ſibi perſuaſit,

ſuaſit, vt neminem fore crederet, qui de eorum integritate dubitaret. Longe tamen alia mens fuit *Klotzio* perito antiquae latinitatis cenſori, qui, quare a viro docto diſſentiret, in nouis actis eruditorum m. Febr. 1759. pulcre et copioſe docuit. "Vellemus inter alia, ait, viri docti conferrent cum his fragmentum illud Liuii de primo bello Punico, quod a *Mathaeo Klokio* in monaſterio Salernitano repertum eſſe dicitur, et in actis ſocietatis Regiae Pariſienſis Tom. V. (hiſtoire de l'Academie Royale des Inſcriptions et des belles Lettres) exhibetur. Ibi enim, vt bene Souchaeus (Souchay) contra Schoepflinum demonſtrauit, tale dicendi genus obſeruabunt, quod huic ſimillimum, et ab eodem prope haud profectum etiam videatur. Pudeat vero nos haec fragmenta nec latina nec perſpicua nec Cornelio digna puriſſimo et elegantiſſimo ſcriptori tribuere: potius reiiciamus hunc pannum, niſi nos omnia fallunt, ab homunculo otio nimio affruenti, purpure cornelianae aſſutum." Hunc diſſenſum aegerrime tulit cl. *Heuſingerus* ſuamque ſententiam acriter et vberius defendit in Prol. inſcripta:

Fragmenta Cornel. Nep. Guelpherbytana a cenſoria Lipſienſis Critici virgula vindicat ao. 1760. In qua, inſcius quis autor illius recenſus fuerit, ea, quae ſcripſerat Klotzius, a neſcio qua inſectandi conuiciandi, inſultandi reprehendendi libidine profecta eſſe ſibi perſuaſit, et a cenſore

arbitra-

arbitratus fragmenta Nepotis traduci atque crebris et acerbis exclamationibus, quas argumentationis vim ſubiiſſe adpareat, exagitari; Hunc ſine vlla quam quidem agnoſcere queat, ratione iudicium ipſius infamare, atque ita ipſum contempere, vt gregi inficetorum magiſtellorum accenſeat, cenſorem ipſum pueris et eruditorum vulgo deridendum exſibilandum, explodendum propinaſſe. Ab ira feruens *Heuſingerus*, homo alioqui placidus, haec ſcripſiſſe videtur. *Klotzius* contra in miſcellaneis criticis pag. 44-53. modeſte tuitus eſt ſententiam ſuam, et cenſuram ita finit. "Nolo ſubtilius aut acrius de his fragmentis diſputare, neque acerbis illis crebrisque exclamationibus aliisque, quae ſibi v. cl. excidere paſſus eſt, quidquam reponam, quod fortaſſis iure meo facere poteram. Nam de re leui magnas tragoedias excitare, ſemper mihi ineptum viſum eſt. Conſiderent viri docti haec fragmenta, atque cum cl. Heuſingeri defenſione, tum meis argumentis cognitis et examinatis, ſecundum quem haec liticula dare debeat, ſtatuant." Editis his miſcellaneis, et cognito aduerſario, *Heuſingerus* ſuam quidem ſententiam non mutauit, ſed potius eam multa doctrina, omnique pudore et modeſtia, quae criticum egregie decet, denuo vindicauit, typis repetito.

Fl. Mallii Theodori de metris libro, e vetuſtis Theſauri Guelpherbytani membranis antea protulerat,

tulerat, nunc ad fidem codicum Pariſienſium caſtigauit, obſeruationibus illuſtrauit, praeterque ſcriptorum aliquot veterum apoſpasmatia, Cornelii Nepotis fragmenta Guelpherbytana cum defenſionibus ſuis adiecit Iacob. Frid. Heuſinger. Lugduni Batauorum ao. 1766. in 8. Summam huius libri cl. *Klotzius* in Actis litterariis vol. III. part. III. pag. 345. expoſuit, cuius verba hic exhibere iuuat. "Ante decem fere annos libellum Mallii edidit cl. *Heuſingerus*, cuius egregiam antiquarum litterarum ſcientiam indefesſumque cultum et amorem et ore et ſcriptis commendandi latiusque propagandi ſtudium eo tempore merito laudauimus. (in actis Eruditorum ao. 1759. p. 40.) Semper enim virum doctiſſimum in eorum numero habuimus, qui bene de graecarum et latinarum litterarum in Germania ſtudiis promererent. Nunc idem comtior prodit multo et ornatior; Accepit enim vir cl. varias lectiones e duobus codicibus Pariſienſibus excerptas, quae commendando Mallio non parum profuerunt. Tum Symbolae quidem litterariae, quas Codex, qui Mallium exhibet Guelpherbytanus obtulit, in medium dantur. Maiorem illius partem ſibi vindicat Pompeii Grammatici commentarius in vtramque Donati artem. Huius Commentarii ſpecimina a noſtro dantur, iudiciumque ſimul de eo additur. — Praeter alia in eodem codice apparent Iulii Seueri de pedibus expoſitio, ab auctore exſcripta.

exſcripta. Haec quaſi altera huius libelli pars eſt; tertia ad me pertinet. Ediderat v. cl. ao. 1759. duo Cornelii Nepotis fragmenta, nondum antea vulgata, de his ego in actis Eruditorum Lipſienſibus (eodem ao. m. Febr.), ita ad viros doctos retuli, vt ea non ſatis Nepotis elegantia digna eſſe dicerem, aliaque proferrem, quibus me impedire faterer, quo minus illa venuſtiſſimo ſcriptori tribuerem. Contra hanc opinionem noſtram, poſtea quam in alio libello ao. 1760. vir cl. non pauca monuerat, operae me pretium facturum eſſe exiſtimaui, ſi copioſius meam ſententiam defenderem. Feci hoc in miſcellaneis criticis, quae Traiecti Batauorum prodierunt. Quae ibi a me dicta ſunt, nunc nouis argumentis diluere ſtudet vir cl. atque ita ſtudet, vt, vtrum eruditionem viri et doctrinam magis laudem, an humanitatem egregiam amem, neſcio. Tam modeſte enim cauſſam ſuam egit, tam amice mecum diſputauit, vt, niſi aliam vtilitatem, hanc certe praeſtet controuerſia, vt alii Critici hinc intelligant, eſſe etiam amicae placidae et humanae diſſenſioni locum. Equidem iis quae vir doctiſſimus dixit, nil nunc addam. Copiam enim fecit omnibus, qui has litteras curant, vtriusque partis ſententiam examinandi argumentaque, quibus ſuam quisque opinionem firmare ſtuduit comparandi. Hos igitur ad cauſſam cognoſcendam eo lubentius inuito, quo certius profiteri licet, nullis

cauſſam

cauſſam agi clamoribus, nullis conuiciis. Hactenus elegantiſſimus *Klotzius*. Opera et diligentia cl. *Heuſingeri* et dotes huius libri mirifice laudantur in allgemeine deutſche Bibliothec tom. III. part. II. pag. 178.

Progr. ad Iuſta Funebria -- Henrico Baſilio Hoffmanno Scholae Guelpherbytanae Conrectori ſolertia et fide ſpectatiſſimo rite peragenda. ao. LXI.

In hac proluſione vir doctus dolet veteres inſcriptiones, quibus memoria virorum magnorum poſteritati traderetur, valde mutilas ad noſtra perueniſſe tempora: Quod exemplo ex theſauro Gruteriano pag. 448. 1. prolato euicit, vbi inſcriptio in Papirium, qui Ancyrae in magna vixit auctoritate, valde trunca et dilacerata legitur. Vita Hoffmanni breuiter et eleganter deſcripta adiecta eſt.

Sacra Votiua Deo optimo M. praeſenti ac praepotenti depulſori ob liberatam periculis maximis patriam et ſpem pacis ex indutiis inter potentiſſimos reges pactis adfulgentem die XVIII Nou. ao. 1762. -- rite peragenda indicens, duas aras diis beneficiorum auctoribus olim conſecratas nunc ex antiquioris graeciae parietenis erutas reſtituit I. F. H.

Emendationum Callimachiarum periculum ao. CIƆIƆCCLXVI. emendat cl. *Heuſingerus* loca quaedam corrupta in Hymnis, Epigrammatibus ſcholiisque, quibus vel in nouiſſima. Cel. *Erneſti* editione

editione nulla medica manus adlata fuit. Sub examen autem vocauit ex Hymnis, in Iouem v. 80-92. in Apollinem v. 40. 113. in Del. 16. ſeq. 193. 262. in Lav. Pal. v. 25. in Cer. v. 4. ſeq. 60. 129. Ex epigrammatibus 39. 63. 65, et e ſcholiis H. in Iouem 8. 21. 52. in Dianam 188. in Del. 295. virgula notat cenſoria. Felicitas ingenii in his emendandis laudatur in Lipſienſ. ephem. litter. plag. 62. ao. 1766.

Memoriam Gymnaſii Polyitaei refecti ex Ancyrani marmoris fragmento repraeſentat -- I. F. H. a. LXVI. Laudatur in allgemeinen deutſchen Bibliothec. Vol. 4. part. I. pag. 294.

Haec ſunt ſcripta mihi quidem cognita, quibus cl. *Heuſingerus* magnam nominis famam conſequutus, locum inter philologos haud infimum obtinuit. Quod ad rem domeſticam attinet, bis matrimonium iniit, primum die XXVI. Octobr. ao. CIↃIↃCCLI. *Clara Dorothea Eleonora* nata *Cantoris* et poſt huius obitum *Maria Sophia Henrica* nata *Schurmann* die XXIII. Sept. ao. CIↃIↃCCLVI. domum ductis.

SVPPLEMENTA.

I. AD VITAM GEORGI CHRISTIANI GEBAVERI.

in Vol. I. pag. 47.

Gebauerum de Henrico Brenkmanno, de Manuſcriptis Brenkmannianis etc. commentarium conſcripſiſſe, pag. 72. vol. I. memorauimus. Hic tribus abhinc annis lucem adſpexit, hoc titulo inſcripto:

Georgii Chriſtiani Gebaueri, Iuriſconſulti et Anteceſſ. Iur. Primar. *Narratio de Henrico Brenkmanno, de Manuſcriptis Brenkmannianis, de ſuis in corpore iuris ciuilis conatibus et laboribus. Accedunt mantiſſa de libro longe rariſſimo: Bibliotheca Antonii Auguſtini et vita Henrici Newtoni.* Gottingae. CIↃIↃCCLXIIII. in 4.

Iuuat hic magnam partem recenſus, quem *Klotzius* in *actis litterariis* vol. I. part. IIII. pag. 407. dedit, transferre. Poſtquam de Brenkmanno et de Pandectis cum codice Florentino comparatis pauca diſſeruit, de inſtituto et opera ill. *Gebaueri* haec refert. "Quae in catalogo bibliothecae Bynkershoekianae, in quam legati titulo peruenerant, opera manuſcripta Brenkmanni, plus licitaturis offerebantur, publicae ſectionis lege mille et quinquaginta florenis

nis Hollandicis emit. Accepit igitur Taurellianam editionem Pandectarum cum notis MSS. Brenkmanni perpetuis, opus in quinque volumina digeſtum: tum volumen, Brenkmanni notas, maxime criticas, in XI. priores Pandectarum libros continens: aliud volumen, notas eiusdem a XII. vsque ad librum XXXVII. Pandectarum habens: notarum marginalium in Pandectas ſupplementa: βασιλικῶν cum Pandectis Florentinis collationem: Pandectarum Florentinarum cum Taurelliana editione collationem. Fontes mendorum in Pandectis Florentinis: tria alia volumina, quae ad fontes iſtos pertinent: MSS. Pandectarum difficilioribus in locis collationem: ad Syntaxin Pandectarum pertinentia: Orthographiam Pandectarum: Graeca in Pandectis: obſeruationes in nomina quaedam propria Pandectarum: Extemporalia in Pandectas: Obſeruationes et Emendationes Pandectarum: Opuſcula varia: Corn. Bynkershoekii Notas ſelectas ad Pandectas: Caroli Dukeri animaduerſiones ad notas Brenkmanni in Pandectas.

Haec igitur Brenkmanniana opera, quae voluminibus XX. conſtant, ad *Gebauerum* peruenerunt. Hic non ſolum aptiſſime hoc theſauro vſus eſt, diſpoſuitque omnia ſuis locis, ſed conſuluit praeter ea etiam codicem membranaceum Vratislauienſem, Digeſtum nouum exhibentem, ſeculorum quinque, e vetuſtiore et probatiſſimo codice deſcriptum: et editionem Leeuwenianam

nianam comparauit cum Taurelliana et emendauit: conſuluit quoque Noricam, et vt plurima alia praetereamus, de codice etiam Iuſtianeo, Inſtitutionibus, Nouellis, Feudis bene meritus eſt. Atque ſperamus, vix fore quenquam, ea, quae vtiliſſimam Corporis Iuris editionem adornandam vir ill. comparauerit, cogniturum, quin eidem venerabili ſeni, licet iam ſeptuaginta quatuor annos nato, longiori tamen vita digniſſimo, complures annos vigoremque animi corporisque adprecetur.

Nos tantum ſumma rerum capita attigimus. Adſperſit vero plurima Auctor, quae rei litterariae ſtudioſum iuuent et delectent. Huc pertinent, quae (pag. 24.) dicit de loco, vbi Pandectae Florentinae adſeruantur, earumque auguſta facie: de fide Taurelliorum a Gronouiis in dubium vocata, et a Brenkmanno aſſerta: (pag. 95.) de Taurelliorum artificiis, naeuos Florentini codicis occultandi: (pag. 99.) de editione corporis iuris, viro docto, qui eam curauit, Leeuweniana dicta; (pag. 109.) quam quod ad Florentinum archetypum expreſſam eſſe glorientur editores, putidiſſimum adpellat mendacium: illis ſignis, quibus Taurellius in toto opere vſus eſt, omiſſis, vnaque cum iis praecipua lectionis Florentinae et operae Taurellianae parte omiſſa: pro editione Haloandria: de notis editionis Leeuwenianae (pag. 132.). Illas obſeruauit plurimis naeuis laborare, praeſertim

ſertim eas, quas Dionyſii Gothofredi nomen prae ſe ferant. Eſſe eas praeter neceſſitatem verboſus: occurrere vnam eandemque rem ſaepius: infinitis in locis nihil aliud agi, quam vt ea, quae textui inſint, in notis eisdem fere verbis repetantur. Exhibet etiam indicem complurium iuris ciuilis editionum, quas ipſe vir cl. poſſidet, quarumque Brenkmannus in recenſu editionum aut nullam aut dubiam mentionem fecit.

Altero loco (pag. 178-202.) exponit Auctor de Antonii Auguſtini Bibliotheca, cuius Brenkmannus in hiſtor. Pandectar. Libr. IIII. cap. 4. pag. 349. mentionem fecit. Eſt vero index librorum cum Graecorum Latinorumque manu exaratorum, tum typis editorum, qui Ant. Auguſtini bibliothecam ornauerunt. Potuit vero omnium optime de libro hoc Noſter exponere, qui ipſe illum poſſidet.

Sequitur (pag. 203-260.) *vita Henrici Newtoni*, cuius etiam arma depicta adparent. Nam ille Newtonus Brenkmanno ianuam ad Magni Hetruriae Ducis adyta aperuerat. -- Hactenus cel. *Klotzius*.

G. C. Gebaueri veſtigia iuris germanici antiquiſſima in C. Cornelii Taciti Germania obuia, ſiue Diſſertationes XXII in varia aurei illius libelli loca cum nonnullis ſimilis argumenti; cuncta iuſto ordine collocata et partim locupletius

 par-

partim nunc primum edita. Gotting. apud viduam Vandenhoeck, in mai. 8. CIↃIↃCCLXVI.

In hoc, dudum deſiderato opere collegit diſputationes et proluſiones, ad illuſtrandum *Taciti* de Germania libellum et explicandum Germaniae antiquitatem, antea ſeorſim editas, quas in primo volumine iam laudauimus. Huic collectione adceſſerunt VI. nouae commentationes: 1) De loco Plautino, in milite glorioſo; 2) de nomine barbarus; 3) de orbitate eiusque pretiis apud Romanos; 4) de agnatorum et cognatorum nominibus germanicis; 5) de nuditate corporum maioribus noſtris afficta; 6) Vindicias verborum Taciti Germaniae c. 24. aduerſus Heumanni vindicationem honoris veterum Germanorum, quibus librarii morem affinxerint. Laudantur huius libri virtutes in ephem. litter. Gottingenſ. Lipſienſib. et Ienenſ. *Klotzius* contra in Actis litterariis vol. III. part. IIII. multa culpat in interpretandis Taciti locis; et de libello Taciti eiusque ſcopo acutum fert iudicium.

II. AD VITAM IO. AVGVSTI BACHII, in Vol. I. pag. 73.

De conſuetudine vitae Bachianae cel. *Klotzius* in actis litterar. Vol. I. Part. I. pag. 61., vbi noſtrum opuſculum recenſuit, et *Bachii* mentionem iniecit, "Addimus, inquit, amabilem

lem fuiſſe in *Bachio* φιλανθρωπίαν: animum eius nulla in quenquam maleuolentia ſuffuſum: commodum eundem hominem, inter ſobria pocula iucundum: optimum tota in vita virum. Neque reticere poſſumus illud, multos nobiscum exiſtimare, tenuem conditionem, aut vt rectius loquar, egeſtatem, qua preſſus cuiusque ſuſtentandae cauſſa plura illi agenda, ſcribenda, laboranda eſſent, quam imbecillitas corporis ferret, mortem illi acceleraſſe. Indici ſcriptorum addenda ſunt carmina quaedam, nuper a cl. *Vhlio* in noua Sylloge Epiſtolarum varii argumenti edita."

I. A. Bachii hiſtoria iurisprudentiae Romanae quatuor libris comprehenſa. Edit. ſecunda a. LXV. in 8. mai. Bibliopola, quin peritum quendam hominem ad ornandum et poliendum vtilem hunc librum, in ſubſidium vocarit, priorem tantum editionem recudendam fecit. vid. Allgemeine hiſtoriſche Bibliothek -- edit. a Io. Chriſtoph. *Gatterer*. Vol. I. pag. 214.

Opuſcula ad hiſtoriam et iurisprudentiam ſpectantia collegit et praefatus eſt Chriſt. Adolph. Klotzius. Hal. Sax. a. LXVII. in 8.

Hoc volumine continentur libelli, ſeorſim antea editi, a nobisque iam laudati: 1) pro Myſteriis Eleuſinis; 2) De praeſcriptione centum

tum annorum in actionibus eccleſiae Rom. de iur. ciu. 3) De iure transactionis ſuper controuerſiis ex teſtamento non cognitis tabulis. 4) De iure praediatorio; 5) de edicto perpetuo prouinciali; 6) De lege Iulia Miſcella eiusque vſu hodierno. 7) De cauſſis coniunctis earumque foro competente. 8) De iure adcreſcendi. 9) De lege Anaſtaſiana. 10) De multa poenitentiali in emtione venditione. 11) De prorogatione iurisdictionis. 12) De his, quae imputantur in Quartam fiduciarii ad L. XCI. π. ad leg. Falc. Additum eſt elogium Bachii auctore cel. Platnero.

VA1
1543732